

880,5

A 29a

B 359511

De


Crasi et Aphaeresi


cum Corollario

Emendationum Babrianarum.

Scripsit

Henricus Ludolfus Ahrens.





De

Crasi et Aphaeresi

cum Corollario

Emendationum Babrianarum.

Scipsit

Heinrich Ludolf
(**Henricus Ludolfus**) Ahrens.

Stolbergae Hercynicae.

In Bibliopolio Kleineckiano.

MDCCCXLV.

De

Crasi et Aphaeresi

cum Corollario

Emendationum Babrianarum.

Scripsit

Heinrich Ludolf
(**Henricus Ludolfus**) **Ahrens.**

Stolbergae Hercynicae.

In Bibliopolio Kleineckiano.

MDCCCXLV.

Instit. for Arch. Research
Harr.
4-77-82
26097

Quum nuper de hiatu Homérico accuratius quaerere instituissem, mirabundus intellexi, gravissimos errores de hiatus ejusque remediorum natura vulgo circumferri. Iam scribendi occasione oblata lubens in medium proferrem, quaecunque in eo loco mihi videor rectius perspexisse, nisi arcti scriptiunculae fines partem potius aliquam ejus materiae delibari juberent. Itaque de crasi et aphaeresi ita agam, ut multis, quae disputari possunt, omissis graviores quasdam leges a nemine dum satis perspectas exponam.

De Crasi.

Crasis fit, quum vocalis vocem claudens cum sequentis vocis vocali initiali in unam syllabam conjungitur. Quae definitio quod simul elisionem comprehenderet, si F. A. Wolfius recte judicasset, de hac pauca quaedam dicenda sunt. Elisione seu thlipsi vocalem finalem ante sequentis vocabuli vocalem initialem tolli vulgo tradunt. Qua definitione si res satis recte describeretur, jam ea litera, quae vocalem elisam proxime antecedit, clauderet vocem. Quid vero, quod tum voces elisionem passae haud raro exirent in eos sonos, quos aut quodvis os aut Graecum quidem in exitu vocabulorum pronuntiare nequeat, ut ἔσθλ', σέμν', νύκτ', πειθ'⁹? Deinde ἄλγε' ἔθηκεν, ἀντί' ἐμειο et similia novam hiatus offensionem haberent, quam non inesse constat. Obstat etiam notissima illa narratio de Hegelochō histrione (Scholl. Eurip. Orest. 269 all.), qui ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος οὐ φθάσας διελεῖν τὴν συναλοιφήν Euripideum γαλήν' ὄρω corruptit in γαλήν ὄρω; quem apparet eo ipso peccasse, quod vocem in ν terminaverit. Postremo haec συναλοιφῆς appellatio, qua Graeci paullo antiquiores elisionem comprehendunt, ut etiam Cicero Orat. § 150 de vocalium conjunctione, Quintilianus IX. 4, 36 de coeuntibus vocalibus locutus est, elisionis aliam naturam esse significat. Itaque Wolfius Anall. I. p. 440 existimavit, elisione vocalem ita tolli, ut simul e vocabulis quasi fiat unum h. e. unum qua pronuntiationem syllabatim factam idque non sub uno comprehensum accentu; quod praeceptum illustravit exemplis πάν-θ' ὄραν, θί-ν'δ-φ' ἀλός, σέ-μν' ι-ν' ἦκει appositis. Aegre intellexeris, quomodo v. g. in πάν-θ' ὄραν litera θ qua accentum ad priorem vocem, qua pronuntiationem syllabatim factam ad alteram pertinere possit. Quid vero quod elisio fit etiam ante interpunctionem vel gravissimam, in exitu versuum et stropharum, denique inter duarum personarum verba? In versu Homérico Od. μ, 439

ὄψ' ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνῆρ ἀγορήθεν ἀνέστη

nulla arte in media syllaba Wolfiana ψ' ἢ pausam haud exiguam fieri posse facile apparet; quare

ista doctrina potius hanc interpunctionis rationem postulat: ὁ ψ ἦμος. Nec defuerunt, qui apud Pindarum Ol. III. vs. 26 Wolfii praecepto convenienter stropham terminarent in ὠρμαι — et antistropham inciperent ν' Ἰστροίαν, jure illi a Boeckhio de metr. Pind. p. 318 propter tantam perversitatem castigati. Postremo quis crediderit apud Euripidem Orest. 1344.

EPM. σώθηθ' ὅσον γε τοῦπ' ἐμ'. *ΗΛ.* ὦ κατὰ στέγας

Hermionem proloqui τοῦπ' ἐ — et Electram pergere μ' ὦ κατὰ στέγας et insuper literam μ qua accentum Hermionae esse, qua syllabam Electrae. Scilicet Wolfius non reputaverat, syllabam plurium literarum scriptam quidem in varias partes distrahi posse, non posse pronuntiatam.

Quum igitur certum sit, elisione facta literam antecedentem neque vocabulum claudere neque arcte cum sequente vocabulo jungi, sequitur elisione, quam dicunt, vocalem non prorsus deleri, sed deminui, ita ut exigua quaedam ejus pars relinquatur, quae neque accentum ferre valeat neque morae vices sustinere, ut in rhythmico pro nihilo habenda sit. Vocalis ita deminutae naturam optime intelliges, si Francogallorum e mutum comparaveris, ut in ma lade, quae vox nisi in rudi peregrinorum pronuntiatione neque plene trisyllaba est neque vere disyllaba. Ea comparatio non solum eorum dubitationem propellere potest, qui apostrophum ne post consonas quidem audiri posse existimarunt vid. Bekkeri Recens. Homer. p. 131, sed etiam ipsius Bekkeri affirmationem, post vocales quidem apostrophum nunquam ulli humanae auri auditum esse. Auditur enim mutum illud e etiam post vocales ut in l'amie, j'avoue, nisi pronuntiatio parum sit elegans; apostrophus autem ap'issimum est signum vocalis ita deminutae, ut paene solus spiritus relictus sit. Jam intelligitur Graecos ἐσθλ' ἀγορεύων pronuntiare potuisse, quod literae σθλ vocem non clausissent: in ἀλγέ ἐθήκεν inter utrumque ε hiatus offensionem fuisse nullam, quippe quae non concurrerint; Hegelochum γαλήν pronuntiasse pro γαλήν', quod spiritu deficiente vocalem deminutam proferre non valuerit; interpunctionem, pausam metricam, personae mutationem post apostrophum bene ferri posse, quod elisione nec syllabae nec voces coalescant. Solae appellationes συναλοιφή et conjunctio vocalium ad elisionem adhibitae obscuriores manent, quas aptissime ab antiquis assumptas esse ut compertum habemus, ita nunc spatio prohibente exponere praetermittimus. Concedimus autem haud gravatim, deminutionem illam vocalium in concitatore pronuntiatione leviorum potissimum vocalium non longe abfuisse a vera expulsionem, ut Epicharmus ap. Athen. VIII. p. 338. δ in γέρανος et γ' έρανος ludens utriusque sonum simillimum fuisse docet. Neque tamen dubitamus, quin Graeci ἀπ' ὀρών et ἀπορών atque adeo ἐπέδησε ab ἐπιδέω et ἐπέδησε a πεδάω pronuntians discreverint. Ceterum Lobeckii dissertationem de apostropho non contigit nobis ut videremus.

Ut redeamus ad crasin, non necesse erat ut hoc definitioni adjiceretur, vocales per crasin aequae ac per contractionem semper in productam syllabam coalescere. Sponte enim patet, etiam singularum morarum syllabas duas conjunctas unam syllabam duarum morarum efficere *). Neque attinebat distinguere inter eas vocalium conjunctiones, quae ipsa scriptura oculis proponuntur, et eas, quae legentium oribus permittuntur, quod genus alii synizesis, alii syncephonesis nomine appellant. Nam utrumque crasis genus pariter legibus, quas proposituri sumus, obnoxium est. Hoc enim quaerere constituimus, quae voces per crasin coire possint. Satis qui-

*) Recentiorum quorundam Graeculorum mirum commentum, quod olim ipsi Hermanno placuit Doctr. Metr. p. 55, iota dativi non elidi, sed synizesi sive crasi cum sequente vocali coalescere idque adeo in syllabam brevem ut in Homericis ὄρνιθι Ὀδυσσεύς, hodie explosum est vid. Lehrslii Quaest. Epic. p. 47 seqq. Fraudi fuerant antiqua συναλοιφῆς appellatio et iota in elisione scriptum. Novum argumentum contra eam synizesis fictionem, si quo opus est, idque gravissimum sequens disputatio suppeditabit.

dem constat Graecos crasi abstinuisse, ubicunque hiatus brevem vocalem elidendo vitari posset*), quum diphthongi, quae elisionem tolerant, aliquoties etiam crasi afficiantur ut in Aristophaneis *δηξομάρα, οἰμωξεταιάρα* vid. infr. Neque vero quaevis voces in vocalem elisionis minus patientem exeuntes cum quibusvis vocibus sequentibus coalescere possunt. Intellectum est, id quod in promptu erat, alias voces facilius et saepius, alias difficilius et rarius crasis participes fieri; quibus vero ea res legibus teneatur, prorsus latuit, quanquam ipsa crasis notione duce facili opera inveniuntur. Quum enim crasi duorum vocabulorum vocales in unam syllabam coeant, primum apparet non posse eas voces per crasin coire, quae interpunctione aut pausa metrica (nedum personarum mutatione) disseptae sint, quoniam in media aliqua syllaba nulla pausa vel orationis vel rhythmici esse potest. Nihilominus homines doctissimi ad hodiernum usque diem interpunctione crasin impediri parum intellexerunt, in Homericis *ἀσβέστω' οὐδ' υἷόν* Il. ρ, 89 et similibus incisionis signo picto contenti et, quid viva oris pronuntiatio possit quidve non possit, parum solliciti. Deinde una syllaba non potest nisi uni accentui parere, unde necessario colligitur, ipsas voces per crasin copulatas communi accentui regi. Nam v. g. in *τύχαγαθῆ* (ita scribunt) syllaba *χα* neque ad solum prioris vocis accentum pertinere potest, ut pronuntiandum sit *τύχα γαθῆ*, neque ad solum alterius *τύ χαγαθῆ*, quare *τυχάγαθῆ* uno accentu pronuntiari existimato, sicuti recte vulgo scribunt *ὄθούνεκα* (e ὄτου ἔνεκα), non *ὄθούνεκα* et *ὄσημέραι* (e ὄσαι ἡμέραι), non *ὄσημέραι*. Neque aliter esse in synizesi ut *ἐπει οὐδὲ* apparet quaerenti, quid os pronuntiare, quid aures audire potuerint. Itaque hanc summam legem constitui oportet:

Crasi non possunt conjungi nisi quae voces facile sub unum accentum comprehenduntur.

qua regula etiam illas synizeses pausam transsilientes prohiberi facile apparet. Legitima vero crasis exempla circumspiciuntibus primum se offerunt voculae aut nullo accentu proprio aut leviori instructae, quas intelligis vel cum sequentibus vel cum antecedentibus vocabulis facile sub unius accentus imperium coire. Deinde constat in omnibus linguis passim fieri ut etiam gravioris accentus vocabula quotidiano usu juncta unam vocem uni accentui parentem efficiant; itaque etiam in talibus crasi legitima haberi potest.

A. Cum sequente voce crasin patiuntur hae voculae: articulus, relativum, *ὦ, ὧ, καί, μή, ἦ, ἧ, δὴ, πρό, ἐγώ, μοι, σοι*. Exemplorum quantum satis est, praebent grammaticae Matth. p. 121 seqq, Thiersch. p. 219, Butt. I. p. 114 seqq., quibus addo haec rariora crasi in vocula *ὦ* factae: Eur. p. El. 113. 128 *ὦ ἔμβρα*, Arist. Eccl. 970 *ὦ ἰκτεύω*. Plerasque earum vocularum aut procliticas aut procliticarum similes esse, ut proprio accentu, si quem habent, amisso, facile cum sequente aliqua voce coalescere possint, in luce positum est. Particula *δὴ* vulgo potius encliticae cujusdam naturae est; sed in antiquiore lingua ei voci, cui nervos addit, etiam praeponi potest, ut *δὴ τότε* saepe est pro *τότε δὴ*. Quare *δὴ* apud Homerum frequenter crasin patitur, deinde apud Pindarum Ol. 13, 99 *δὴ ἀμφοτέρωθεν*, apud Sappho fr. 2, 5 *δὴ ἐμάν* ex emendatione nostra Diall. Graecc. II. p. 542, et, si *δηῖτε* recte e *δὴ αὐτε* natum putatur, apud alios lyricos; postremo in lyricis poetarum sceni corum partibus, Aesch. Ch. 779 *πρὸ δὲ δῆχθρῶν*; Arist.

*) *Ἐδοξάμαντῳ* Arist. Vesp. 1265, quo crasi exemplo Wolfius l. I. p. 445 et Buttmannus Gramm. I. p. 116 sine vitii suspitione usi sunt, jampridem secundum librorum auctoritatem in *ἔδοξ' ἔμαντῳ* mutatum erat. Aliud ejus generis exemplum Walzcius edidit in Demetrio de eloc. II. 70 Rhett. IX. p. 35: *πολλά δὲ καὶ ἄλλα ἐν συζυγίῃ μὲν λεγόμενα δύσφωνα ἦν, διαιεθέντα δὲ καὶ συγχρονισθέντα εὐφωνότερα ὡς τὸ· πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστίν. εἰ δὲ συναλείψας εἴποις καλά ἔστιν, δυσφωνότερον ἐστὶν τὸ λεγόμενον καὶ εὐτελέστερον*. Libri et priores editiones etiam altero loco *καλά ἐστίν* praebent; *καλά ἔστιν* conjecerat Victorius synalophae appellatione deceptus. Lege *καλ' ἐστίν*.

Thesm. 1150 δὴ ἀνδράσιν, nunquam autem in dialogo (praeterquam cum vocalis crasis efficientibus vid. infr.), quoniam Attica lingua voculae usum quasi procliticum ignorat.

Contra pronomina *μοι* et *σοι* in vulgari demum Atticorum sermone tam atona facta sunt, ut etiam ad sequentem vocem trahi possent. Frequenter apud Aristophanem crasi coalescunt cum sequente verbo ut Eqq. 1090. 1092 *μυῖδ' ὀκέει*, 1177 *σοῦδ' ὀκέει*, paullo rarius cum aliis vocibus sensu arcte conjunctis ut Nub. 1207 *ἄστ' ὀκέει μὲν γ' ὀκέει*, Eqq. 1237 *ὡς μὲν χρῆσιμος ἄπτεται φρενῶν*. A reliquis hoc genus crasis alienum est (olim apud Sappho fr. 2, 5 e pejoribus libris male legebatur *μοι-ἐμάν*) neque recte (exceptis *μῶστι* et *σοῦστι*, ubi crasis causa in *ἔστι* sita est) criticorum conjecturis in tragicos illatum. Semel nunc editum invenio, Aesch. Ch. 927

πατρός γὰρ αἴσα τόνδε σοῦρίζει μόρον

secundum Elmsleji conjecturam, quum in libris sit *σ' ὀρίζει*. Et ille quidem, plerorumque assensum ferens, *σοῦρίζει* e *σοι ὀρίζει* natum voluit, Plomfieldius e *σοι οὔρίζει*; Bambergerus nescio quo errore idem e *σὲ οὔρίζει* contractum dicit. Mihi, etiamsi crasis nihil offensionis haberet, neque *οὔρίζει* sententiae aptum et *ὀρίζει* paullo languidius videretur. Corrigo

ΚΑ. ἔοικα θρηνεῖν ζωσα πρὸς τύμβον μάτην
ΟΡ. πατρός γὰρ αἴσα τόνδε σοι ῥιζοῖ μόρον.

„frustra lacrimaris; nam patris sors tibi hoc fatum fundat i. e. immutabile constituit.“ — Saepius ejusmodi crases a doctis viris commendatae sunt, quorum unum commemoramus Meinekium, qui Comicc. Graecc. IV p. 26 in Eurip. Med. 57

ὦσθ' ἡμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κούρανῶ
λέξαι μολούση δεῦρο δεσποίνης τύχας

neque minus in Philemonis parodia ap. Athen. VII. 288. d

ὦσθ' ἡμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κούρανῶ
λέξαι μολόντι τοῦψον ὡς ἐσκέυασα.

legendum censet *μὲν ὑπῆλθε* i. e. *μοι ὑπῆλθε*. In simillimo loco Iph. A. 492 *ἄλλως τε μ' ἔλεος τῆς τάλαιπύρου κόρης εἰςῆλθε συγγένειαν ἐννοουμένῳ* idem probat Marklandi conjecturam *ἐννοουμένον*. At satis, opinor, invicem se tuentur tres illi loci neque aliam dubitationem relinquunt, praeterquam utrum mira quadam anacoluthia ab accusativo ad dativum transitum an pronomini *μοι* rarior elisio adhibita sit. Equidem hanc rationem praeferre non dubito; neque enim desunt, quanquam plerisque cum Hermanno negantibus, alia ejus elisionis exempla apud tragicos ut Soph. Aj. 191 *μῆ, μῆ μ' ἀναξ-κακάν φάτιν ἄρη*, de quo loco recte judicavit Wunderus. Item *σοι* elisum est Eurip. Bacch. 821 *τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ*, ubi Hermannus crasin fieri voluit, Fixius e conjectura Elmsleji edidit *γ' οὐ*. Alia vide apud Lobeckium ad Ajacis locum.

Relativum et pronomina *ἐγώ* (praeterquam in *ἐγὼ-οὐ*, de quo vid. infr.) apud solos Atticos crasin faciunt, neque recte Bergkii Pindaro in scolio ad Theoxenum fr. 89 synizesin *ἐγὼ-ἐκατι* dedit, ultimum antistrophae versum et primum epodi in hunc modum scribendo:

ἀλλ' ἐγὼ ἐκατι τᾶς [θεοῦ] κηρός ὡς δαχθεῖς ἐλα
ἱρᾶν μελισσᾶν τάκομαι κτλ.

quum in Athenaei libris sit *ἐγὼ δ' ἐκατι τᾶς κηρός ὡς δαχθεῖς ἐλεῖραν μελισσαν*, simul in strophae ultimo versu praeferebat lectionem *ἢ σιδάρον κεχάλευται μέλαιναν καρδιαν*, quum Boeckhius alteram lectionem *ἢ σιδάρον* veriore judicasset, qui illa in hunc modum supplevit et mutavit: *ἀλλ' ἐγὼ [ἄρας] ἐκατι τᾶς [ποθεινᾶς] κηρός ὡς | δαχθεῖς ἐλαιρᾶν μελισσᾶν τάκομαι*. Egregie Berg-

kius invenit *ελα ἰράν*, sed initium versus probabilius restitui potest. Totum adscribam fragmentum, in quo critici etiam alia persananda reliquerunt:

Στρ. Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι, θυμὲ, σὺν ἀλικίᾳ·
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτίνας προσώπου μαρμαριζοίσας δρακεῖς
ὅς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος
ἢ ἐσιδάρον κεχάλλεεται μέλαιναν καρδίαν

Αντ. Ψυχρᾶ φλογί, πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεῖς ἐλικοβλεφάρου
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως, ἢ γυναικείῳ θράσει
αἰσχρὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἐγὼ ἀέκατί γ' αἴσας κηρὸς ὡς δαχθεῖς εἰλα

Επ. Ἰράν μελισσᾶν τάκομαι, εὐτ' ἂν ἴδω παίδων νεύγιον ἐς ἦβαν,
ἐν δ' ἄρα καὶ, Τενέδῳ Πειθῶ τὸν ἄγεν
καὶ Χάρις νῖδον Ἀγησιλάου.

Vs. 7. *αἰσχρὰν* dedi pro librorum lectione *ψυχρὰν*, a Boeckhio secundum Schneideri conjecturam in *ψυχάν* mutata, quod otiosum est, a Bergkio in *ψηχρὰν*, quod idoneo sensu caret; erroris fons est in praecedente *ψυχρᾶ*. — Vs. 8. *ἀέκατί γ' αἴσας* elicui e δ' *ἐκατι τᾶς*. Coalescunt *αε* ut in *ἀέκων* Ol. XI., 30. Intellige invita senectutis sorte, *παρὰ καιρὸν*, ut respiciatur ad primum versum. Constat Pindarum senem Theoxeni amore flagrasse. — Vs. 10. *τὸν ἄγεν* scripsi pro *τ' ἐναιεν*, quod Schneidewinus servavit, Boeckhio cum Schneidero in *τε ναίει* mutavit, Bergkio in *τ' ἐνδαίει*, quae omnia neque per se probabilia sunt neque ullum cum prioribus nexum efficiunt. Quae nos reposuimus, simul majorem interpunctionem post *ἦβαν* minuentes et perspicuitatis gratia post *καὶ* virgula incidentes, ita accipe: „liquesco, simulac video puerorum florentem juventam (quum aliorum) tum vero (ejus), quem Suada et Gratia Tenedi educarunt Agesilai filium.“ *Ἐν δὲ* eo sensu frequentatur ab Herodoto ut II. c. 43 *πολλά μοι καὶ ἄλλα τεκμήριά ἐστιν τοῦτο οὕτω ἔχειν, ἐν δὲ καὶ τῷδε*. Ipse Pindarus usurpavit Ol. VII. 5. *ἄγειν* de educatione puerorum praeter alios dixit Plato Alcib. I. p. 124. A; de relativo post plures voces collocato cf. Ol. IX. 34. 110. Pyth. I. 74. II. 5 all.

Memorabilem crasin vocula *μὴ* patitur in formula *εἰ δὲ μὴ* cum vocabulo interpunctione, ut videtur, disjuncto: Eurip. Andr. 242 *εἰ δὲ μὴ, οὐ καλά*, ibid. 254 *εἰ δὲ μὴ, οὐ λείψω ποτέ*, Iph. A. 916 *εἰ δὲ μὴ, οὐ σεσώσμεθα*, Arist. Thesm. 288 *εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ νῦν λαθεῖν* (Dind. male *μᾶλλον* vid. infr.), ibid. 536 *εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς*, in Chelidonismo apud Athen. VIII. 360 C *εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομεν*. Apparet hanc formulam, quae ab origine peculiarem enuntiationem omissio verbo efficeret, paulatim unius adverbii (alioquin, sonst) vice habitam esse, quod nulla pausa a sequentibus dirimeretur, ita ut *μὴ* consuetudine crasin efficere posset. Ergo virgula in talibus delenda est. De *μὴ, ἀλλὰ* per crasin copulatis infra dicitur.

Particulam *τοῖ* inter voculas crasis efficientes referre non ausi sumus. Nam quod saepe coalescit cum *ἄρα, ἄν, ἐστὶ*, in his potius causa quaerenda est; deinde *μεντοῦγῶ* Arist. Ran. 971 a Dindorfio e conjectura scriptum est pro *μέντοι γῶ*, quod ipsum nihil offensionis habet. Restat unicus locus Eccl. 410 *αὐτός γε μεντοῦφασκεν ἰμάτιον ἔχειν*, ubi aut cum Porsono *μέντοι φασκεν* corrigere licet aut *μέν που φασκεν* nimirum ipse dixit, quae ironia loco optime convenit.

B. Earum vocularum, quae cum antecedente voce per crasin coire possunt, numerus etiam minor est; nam praeter verbum *εἶναι* tantum *ἄρα, ἄν, οὐ, ἐγώ* eo pertinent.

a) Verbum substantivum in omnibus linguis cum vocibus antecedentibus facile coalescit. Graecae autem crasis exempla certissima parum perspecta sunt. Jam olim in dissert. de conj.

in μ p. 28 indicavimus, verbum impersonale $\chi\rho\etá$ ab origine esse nomen indeclinabile *); nam apud Homerum, qui nullo declinatione utitur, substantivum $\chi\rho\epsilon\acute{\omega}$ plane eandem potestatem habet, nisi quod huic declinatio per casus et conjunctio cum verbis ut $\chi\rho\epsilon\acute{\omega}$ ἔσται, $\chi\rho\epsilon\acute{\omega}$ ἰκάνεται reservatae sunt. Confirmavit eam suspicionem dialectus Aeolica, quae formam $\chi\rho\etá$ immutatam tenet, quamquam a stirpe $\chi\rho\alpha$ descendere debebat $\chi\rho\alpha\tau$, a $\chi\rho\epsilon$ autem $\chi\rho\epsilon\tau$ vid. de diall. Graec. I. p. 139. Jam vero recentior lingua inflexibile illud $\chi\rho\etá$ magis magisque verbalem potestatem nactum ita per modos et tempora declinavit, ut verbum substantivum crasi adjungeret. Eo modo hae formae ortae sunt:

Conjunct. $\chi\rho\etá$ e $\chi\rho\etá$ ἦ.

Optat. $\chi\rho\epsilon\acute{\iota}$ e $\chi\rho\etá$ εἶη pro $\chi\rho\etá\eta$ diphthongo impropria solemni modo in propriam mutata.

Infinit. $\chi\rho\etá\gamma\alpha\iota$ e $\chi\rho\etá$ εἶναι, ubi iota subscripti absentia non minus legitima est quam in $\tau\iota\mu\acute{\alpha}\nu$ e $\tau\iota\mu\acute{\alpha}\epsilon\iota\upsilon$ vel $\tau\epsilon\chi\etá\eta\varsigma$ e $\tau\epsilon\chi\etá\eta\epsilon\iota\varsigma$. Nam in his omnibus iota producendae vocalis causa insertum erat.

Partic. ($\tau\acute{o}$) $\chi\rho\epsilon\acute{\omega}\nu$ e $\chi\rho\etá$ ὄν natum mutatione Ionico-Attica ut $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\omega\varsigma$ e $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\etá\omega\varsigma$. Rarior forma est ($\tau\acute{o}$) $\chi\rho\etá\gamma$, quae legitur Eurip. Hec. 260 $\tau\acute{o}$ $\chi\rho\etá\gamma$ σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποκτονεῖν, Herc. f. 828 $\tau\acute{o}$ $\chi\rho\etá\gamma$ νιν ἐξέσωζεν. Hanc Thomas Mag. s. v. $\chi\rho\etá$ et Eustathius ad Od. p. 1647, 37, qui Hecubae loco utuntur, et idem Eustathius ad Il. p. 751, 54, ubi $\chi\rho\etá\gamma$ apud Sophoclem et Euripidem extare testatur, miro errore invitis et forma et sensu pro infinitivo venditant. Sequenti sunt recentiores omnes. Immo $\chi\rho\etá\gamma$ rariore contractionis genere e $\chi\rho\etá$ ὄν factum est ut $\pi\acute{\alpha}\rho\eta\gamma\omega\varsigma$ et $\xi\nu\etá\gamma$ apud Hesychium e $\pi\alpha\rho\etá\gamma\omega\varsigma$ et $\xi\nu\etá\gamma\omega\varsigma$, nec dissimile est Atticum $\pi\lambda\epsilon\iota\nu$ pro $\pi\lambda\epsilon\iota\omega\upsilon$. Ceterum rectius scripseris $\chi\rho\etá\gamma$, quum omnia haec verbi $\chi\rho\etá$ declinationa accentum verbi substantivi servent, quantum licet per summas accentus leges.

Praeter. $\chi\rho\etá\gamma$ (e $\chi\rho\etá$ ἦν) sic sine augmento constanter est apud Herodotum, qui praeterea augmentum syllabicum nusquam omittit, apud Thucydidem cf. Poppo ad I. c. 39, apud Aeschylum; nam δ' ἐχρῆν Choeph. 894 Wellauerus Lex. Aesch. II. p. 341 recte in $\delta\epsilon$ $\chi\rho\etá\gamma$ mutavit. Altera forma ἐχρῆν, quae augmentum errore quodam praefixum habet, primum reperitur apud Pindarum Nem. VII. 44, qui $\chi\rho\etá\gamma$ fr. 89, semel apud Sophoclem in fragmento Aletae fr. 94 (nam pro σ' ἐχρῆν Phil. 1062 facile scripseris $\sigma\epsilon$ $\chi\rho\etá\gamma$), saepe sed paullo rarius quam genuina $\chi\rho\etá\gamma$ apud Euripidem et Aristophanem; de recentioribus nunc quaerere non vacat.

Futur. $\chi\rho\etá\sigma\tau\alpha\iota$ (e $\chi\rho\etá$ ἔσται) apud Sophoclem legitur Oed. C. 504 et in fragmento Triptolemi fr. 537, quod scholiastes ad eum locum affert; libri praebent $\chi\rho\etá$ ἔσται et $\chi\rho\etá\sigma\tau\alpha\iota$. Scholia sequenti Wolfius Anall. I. p. 456 et Buttmanus Gramm. I. p. 117 miram finxerunt crasin e $\chi\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha$ ἔσται; Reisigius Synt. p. 32 et Dindorfius $\chi\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha$ novo modo (cf. Lobeck Pathol. p. 45.) in $\chi\rho\etá$ vel $\chi\rho\etá$ mutatum crasin facere voluerunt. Multo rectius (nam $\chi\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha$ ne sententiae quidem convenit) Hermannus $\chi\rho\etá\sigma\tau\alpha\iota$ syncope e $\chi\rho\etá\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$ fieri dixit ut $\xi\sigma\tau\alpha\iota$ ex $\xi\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$, id quod prope a vero abest. Eandem formam Buttmanus et Hermannus recte pro corrupto $\chi\rho\etá\sigma\theta\alpha\iota$ restituerunt in duobus Aristophanis et Pherecratis fragmentis apud Suidam s. v. $\chi\rho\etá$ (Comicc. II. p. 1101. 299)**), ubi Dindorfius Suidae interpretationi $\delta\epsilon\iota$ confisus minus recte conjecit $\chi\rho\etá$ ἔστιν, quod idem

*) Nisi fallor, vox non diversa est a Sanscr. rai, Lat. res, nec refert significatione multum distat a $\chi\rho\etá$.

***) Minus certum est idem $\chi\rho\etá\sigma\tau\alpha\iota$ ($\chi\rho\etá\sigma\theta\alpha\iota$) apud Phrynichum Comicum a Meinekio II. p. 593 pro $\chi\rho\etá\sigma\theta\alpha\iota$ restitutum.

Theognidi vs. 805 H. Sauppius vindicare ausus est Epist. Crit. p. 99. Qua auctoritate nitatur futuri forma *χρήσει*, quam grammaticae solam norunt, nescio; fortasse propter *ἀποχρήσει* male ficta est.

Attende animum, quam omnes formae et accentus difficultates, in quibus frustra laborarunt, hac verbi natura intellecta, facile explicentur, potissimum in Praes. *χρή*, Part. *χρεών* et *χρήν*, Praet. *χρήν* (quem adeo ab origine infinitivum esse Goettlingius ad Theodos. p. 218 docuit) et *ἐχρήν*, Fut. *χρήσται*.

Aliae crases, quarum causa in verbo *εἶναι* posita est, sunt *σοῦσι* Aesch. Eum. 873, quum apud tragicos pronomina *μοι* et *σοι* non sint crasis efficientes; deinde, *καυτούσιν* Arist. Vesp. 599 et ibid. 27 *δεινόν γε τοῦστέ*, a Dindorfio pro *δεινόν γέ που ἔστ* scriptum. Plerumque autem, quod *ε* cum praecedentibus vocalibus *α*, *η*, *ω*, *ου* coalescens abjici videtur, crases verbi *εἶναι* velut aphaereses scribuntur, ut *ώρα ἔστι*, *πολλή ἔστ ἀνάγκη*, *κρείττω ἔστι*, *ποῦ ἔστι* (Meirekios semel recte crasin expressit apud Cratinum II. p. 237 *ποῦσθ' ἢ κύλιξ*), *ποῦ ἔστον* Oed. Col. 1107, *εὐφρομία ἔστω* Arist. Av. 959 et innumera ejus generis, quae rectius *ώραστί* etc. scribi infra magis apparebit. Ceterum apud Homerum verbum *εἶναι* neque crasin efficit neque aphaeresin patitur; antiquissimum exemplum est in versu sive Phocylideo fr. 18 sive Theognideo vs. 147 *ἀρετή ἔστιν*.

b) Particula *ἄρα* apud Atticos saepe per crasin coalescit cum *τοι* in *τάρα*, *μεντάρα*, *ἡ τάρα*, *οὐ τάρα*, *μή τάρα*; raro nec nisi apud Aristophanem cum verbis: Ach. 325 *δήξομαῖρ'*, Thesm. 248 *οἰμώξεταῖρ'*, Plut. 876 *οἰμώξεῖρα* pro *οἰμώξει ἄρα*, Pax. 532 *κλανσᾶρα* pro *κλανύσει ἄρα*. Alia ejusdem voculae crasis grammaticos mirum in modum latuit. — Particula *ἄρα* modo ab *ἄρα* potestate nihil differre videtur, modo interrogativa vi instructa est. Itaque partim vocalem a poetis metri causa productam arbitrantur, quo nihil incredibilius, partim accentu interrogativo accedente vocalis tempus auctum esse affirmant, id quod vix probabilius est; Hermannus autem in praefatione ad Oed. Col., jure metricam illam productionem abhorrens, voculae potestatem non interrogativam violenter eripere conatus est. Veriora docet locuples auctor Apollonius Dyscolus*), quum pro Attico *ἄρα* in reliquis dialectis *ἦρα* (*ἡ ῥα*) esse dicit. Quum enim dialecti Dorica et Aeolica *η* pro Attico *α* non possint habere nisi in syllabis contractis, jam apparet *ἄρα* ex *ἡ ἄρα* factum esse crasi eo faciliore, quod utraque vocula ad coalescendum inclinat. Itaque ut *ἡ* et *ἡ ῥα* duplicem potestatem habent, interrogandi et asseverandi, ita etiam *ἄρα*, quae nunquam, quod Hermannus recte sensisse videtur, pro simplici *ἄρα* posita est, sed extra interrogationem ubique gravem affirmationem continet. Hoc vero non mirum est, quod quum *ἡ ῥα* in principiis sententiarum collocari soleat (postpositum invenio in Batrachom. 174 *μυσὶν ἡ ῥ' ἐπαλεξήσουσα πορεύσῃ*), *ἄρα* magis magisque loci mutandi facultatem nacta est. Neque tamen *ἄρα* extra interrogationem non potest primam sedem occupare, id quod Hermannus potissimum ad Soph. Ant. 628 contententi ab omnibus fere creditum est. Unus, quantum video, Meinekios sobrio judicio aliquoties *ἄρα* in initiis sententiarum sine interrogatione prolatarum toleravit. In quarto Comico volumine ejus generis haec leguntur:

Philem. p. 42. *ἄρ' ἔστι τοῖς νοσοῦσι χρησιμὸς λόγος.*

Menand. p. 194. *ἄρ' ἔστιν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος
ἐλευθέρον τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.*

*) de conj. p. 490. *Ἄρα. οἶτος κατὰ πᾶσαν διαίλεκτον, ὑπεσταλμένης τῆς κοινῆς καὶ Ἀττικῆς. ἦρα λέγεται ἐν Scholl. Dion. Thr. p. 968, 23. Uterque (Apoll. p. 494, 7) in eo errat, quod ἡ ῥα, ubi aperte non est interrogativum ut in Homericis versu *ἡ ῥαί γὰρ τοῖς μεγάλων δώρων ἐπαιχέτο θυμὸς* II. x, 401, pro *ἄρα* esse putant.*

Id. p. 198 ἄρ' ἐστὶν ἀγαθῶν πᾶσι πλείστων αἰτία
ἢ σύνεσις, ἢ πρὸς τὰ βελτίω σοφῆ.

(Schneidewinus in Orion. Anthol. I. 15 interrogandi signum appinxit)

Id. p. 341. ἄρ' ἐστὶ θυμοῦ φάρμακον χρηστὸς λόγος.

Id. p. 358. ἄρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.

Diphil. p. 421. ἄρ' ἐστὶν ἀνοητότατον αἰσχροκερδία.

Bis tamen idem simillimis sententiis, ab ἄρ' ἐστὶ ordientibus, interrogationis signum dedit:

Menand. p. 116. ἄρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον;

Id. p. 149. ἄρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;

in priore loco Theoni obsecutus, qui in Progymnasmatis ap. Walz. I. p. 196 ἐπαπόρησιν inesse dicit, quanquam idem p. 200 γνωμικὸν λόγον esse recte docet; de altero (qui inter Monosticha p. 358 iterum legitur sine interrogatione) Diogeni Laertio VII., 68 confisus, qui secundum stoicorum doctrinam ἐπαπορητικόν τι agnoscit. Apparet jam antiquos grammaticos duplici vocis ἄρα potestate deceptos esse (vide etiam Apollonium I. I.); nam qui sententias illas sine praecepta opinione perlustraverit, facile intelliget, primum nullo pacto partem interrogative efferri posse, partem sine interrogatione; deinde in omnibus tantum abesse ut aliquid dubitationis insit, ut gravem asseverationem habeant. Vulgo talia ad interrogationem detorquentes ἄρα pro ἄρ' οὐ esse volunt, ut Soph. Oed. C. 753 ἄρ' ἄθλιον τοῦνειδος, ὦ τάλας ἐγὼ, ὠνειδίσ' εἰς σὲ καμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος; — Xenoph. Cyr. VII. 5, 40 οὕτω δὴ ὁ Κύρος λέγει Ἄρα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, νῦν μὲν κειρὸς διαλυθῆναι; αὐρίον δὲ πρῶτ' ἔλθετε. — Plat. Charm. p. 159 B. ἄρ' οὐν, ἦν δ' ἐγὼ, εὐ λέγεις; et sexcenta alia. Quod interpretationis artificium quam non sit probabile, in luce positum est. Neque quidquam lucratur Hermanni praecepto, ἄρα pro ἄρ' οὐ positum sicut οὐκ οὐν ab interrogatione ad affirmationem converti. Nam neque ἄρ' οὐ, quod rectius cum οὐκ οὐν conferri posset, unquam in affirmatione legitur, neque credibile est ἄρα vere pro ἄρ' οὐ usurpari posse*). Contra omnia planissima sunt, si Apollonio credas, ἄρα ab ἦ ῥα, ἦ ἄρα non esse diversum. Ceterum ἄρα aliquoties extra Atticam dialectum reperitur, apud Pindarum Ol. VIII. 46. P. IV. 78. N. V. 30. Isthm. V. 52. VII. 59, Timocreontem vid. Diall. Graecc. II. p. 478, Archilochum fr. 80. 82 Bergk.; his omnibus in locis cum potestate affirmativa postpositum est, quam usus circumscriptionem ad grammaticos potius Alexandrinos quam ad ipsos poetas referendam esse crediderim.

Sicut ἦ ἄρα in ἄρα, ita aliquoties δὴ ἄρα in δᾶρα coalescere videntur. Sententiae certe hoc optime conveniret in

Eur. Iph. A. 1228. τί δᾶρ' ἐγὼ σε; πρέσβυν ἄρ' εἰσδέξομαι;

Arist. Pax 1240. τί δᾶρα τῆ σάλπιγγι τῆδε χρήσομαι;

ubi nunc δᾶρ' et δᾶρα leguntur.

c) Particula ἄν cum εἰ coalescit in ἦν sive ἄν, cum ἐπεὶ in ἐπήν sive ἐπάν, cum τοι in τᾶν, μεντᾶν, ἦ τᾶν, οὐ τᾶν. Deinde ἐπειδᾶν ex ἐπειδὴ ἄν natum videtur; mirum tamen quod ultima

*) Ita ne in Oed. R. 822 quidem accipi debebat: ἄρ' ἐγὼν κακός; ἄρ' οὐ χι πᾶς ἀναγρός; Nam Oedipus negat se recte malum appellari, quum potius totus impurus sit.

corripitur ut Aesch. Sept. 716, Eur. Rhes. 469. Cum simplici δὴ crasis facta est in ἡ δ' ἄν ἐγὼ *Θαρσοῦσα* Soph. El. 314, quam Laurentiani A lectionem verissimam esse intellexit Hermannus Opuscc. IV. p. 382. Apud solum Aristophanem ἄν etiam cum verbo coalescit Lysistr. 45 *δοῦ-
ναι ἄν* (Dind. *δοῦν' ἄν*) *ἐμαντῆς*. Aliam ejusdem particulae crasin perspicendo aenigma quoddam grammaticum solveris.

G. Dindorfius in Praefatione ad Scenice. Gr. p. 7 seqq. duodecim exemplis demonstrare conatus est, ἄν potentiale corripi posse; eamque disputationem in Oxoniensi Aeschyli editione ad Sept. 562 repetiit ne verbo quidem commemorans, interim Hermannum in Opuscc. IV. p. 377 seqq. acrem ejus opinionis oppugnatorem exstitisse. Nos quidem a neutro rem confectam esse arbitrati exempla illa in examen revocabimus. Primum Hermanno concedi oportet et Rhesi locum vs. 560 et, quos ipse addidit, Cratiui apud Athen. p. 8. A (Mein. II. p. 175) atque Menandri ap. Athen. VIII. p. 364. E. (Mein. IV. p. 161) ita comparatos esse, ut quidquam inde colligi non liceat. Neque Alexidis loco ap. Athen. X. p. 422. A (Mein. III. p. 479) Dindorfius uti debebat:

*Μάθοις ἄν οἶον ἀνθρώποις κακὸν
ἔστιν ἡ γαστήρ, διδάσκει δ' οἷ', ἀναγκάζει δ' ὄσα.
εἴ τις ἀφέλαι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
οὔτ' ἄν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδ' ὑβρίζοιτ' ἄν ἐκῶν.
νῦν δὲ διὰ ταύτης ἅπαντα γίγνεται τὰ δυσχερῆ.*

Hermannus nullam corruptelae suspicionem fore ratus, modo ἄν produci posset, pro ἐκῶν proponit *θέλων*, quod Meinekius probavit. At utrumque cum passivis parum congruit; nam ne nunc quidem quisquam volens lubensque injuria et superbia afficitur. Praeterea passiva illa sententiam ingratum in modum invertunt. Quare, quum insuper libri οὐδ' ἄν praebeant, potius legendum esse videtur:

οὐδ' ἄν ἀδικοῖ γ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδ' ὑβρίζοι τᾶν ἐκῶν.

Tum apud Sophoclem El. 314, ubi Dindorfius edidit ἡ δ' ἄν ἐγὼ *Θαρσοῦσα κτλ.* *), Hermannus rectissime e Laur. A. ἡ δ' ἄν i. e. ἡ δὴ ἄν recipi jussit.

At octies ἄν producitur post οὐκ in versus initio positum, quos locos Hermanni ordinem sequuti pertractabimus:

- 1) Eurip. Hel. 1051. *οὐκ ἄν ἀνάσχοιτ' οὐδὲ σιγήσειεν ἄν
μέλλοντ' ἀδελφῆ σύγγονον κατακτανεῖν.*

Ita libri; vulgo οὐκ ἄν σ' ἀνάσχοιτ' ex emendatione Porti, quam neminem non probaturum esse Hermannus contendit. At pronominis absentiam Dindorfius excusaverat simillimo loco Bacch. 789 *Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται κινοῦντα Βάκχας εὐίων ὄρων ἄπο.*

2) Id. Herc. f. 1250 in stichomythia Thesei et Herculis, ubi ille hunc a consilio mortis depellere studet:

*) Dindorfius particulis ἡ δὲ vim interrogativam vindicavit et hic et Arist. Av. 23, ubi edidit
ἡ δ' ἡ κορώνη τῆς ὀδοῦ τι λέγει πῆρι;
Vulgo οὐδ' ἡ κορώνη, Rav. Γ. ἡ δ' ἡ κορώνη. Lege ἡ δὴ κορώνη.

- Θ. ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε;
 ΗΡ. οὐκ οὖν τσαυτὰ γ', εἰ μέτρον μοχθητέον.
 Θ. εὐεργέτης βροτοῖσι καὶ μέγας φίλος;
 ΗΡ. οἱ δ' οὐδὲν ὠφελούσι μ', ἀλλ' Ἡρα κρατεῖ,
 Θ. οὐκ ἂν ἀνάσχοιθ' Ἑλλάς ἀμαθία θανεῖν.

Ita Aldina et codices Parisini apud Fixium; Barnesius οὐκ ἂν σ' ἀνάσχοιθ' „consentientibus Florentinis“, ut dicit Matthiae, qui collationum silentio nimis confusus esse videtur. Hermannus affirmat pronomen necessarium esse. Immo, si quid video, sententiam, a nemine quidem perspectam, pervertit intolerabilem in modum. Ut enim ἀνέχεσθαι cum acc. c. inf. jungi possit, cujus constructionis exempla desidero, qui jam erit sensus? „Hellas non sustinebit te per stultitiam mori“, ubi et ἀμαθία otiosum atque molestum esse videtur neque aliud argumentum a Theseo affertur, nisi quod in verbis εὐεργέτης κτλ. (leg. εὐεργέτης i. e. ὁ εὐεργέτης) prolatum Hercules jam refutaverat. Contra sine pronomine haec inest aptissima sententia: „Graecus vir non sustinebit temere mori barbarorum in modum“, ad quod argumentum Hercules respondens accurate exponit, quibus causis ad mortem quaerendam commoveatur. Nimirum fugit interpretes, Ἑλλάς hic pro Ἑλλην esse ut Phoen. 1509, Soph. Trach. 1060 (quem locum Hermannus recte interpretatus est) cf. Antiatt. Bekk. p. 97, 4 Ἑλλάς ὁ ἀνὴρ, Σοφοκλῆς Λιαντι Λοκρῶ et Lobeck. Parall. p. 263.

- 3) Ibid. 185. Δίρφον δ' ἐρωτῶν, ἧ σ' ἔτρην' Ἀβαντίδα
 οὐκ ἂν ἐπαινέσειεν.

Ita Aldina; Parisini οὐκ ἂν γ', recentiores e conj. Reiskii et Barnesii οὐκ ἂν σ'. Pronomen bene abesse posse Hermannus concedit.

- 4) Aesch. Ag. 340. οὐκ ἂν ἐλόντες αὔθις ἀνδαλοῖεν ἄν.

Ita Dindorfius ex ingenio edidit, quum vulgo cum Victoriana et cod. Farn. legeretur οὐκ ἂν γ', Dindorfii suspicionem egregie confirmavit lectio ἀνελόντες a Hermanno e codice Veneto Bessarionis prolata. Hic codex non diversus est a Marcianae codice CCCCLXVIII (XCI, 4), qui, ut Franzius meus nuper post iter Italicum me certiore fecit, praeter Prom. Sept. Pers. Agamemnonis continet initium vs. 1 — 348 (quum in Mediceo lacuna incipiat post vs. 310), in Agamemnone (Franzio quidem iudice) e Mediceo nondum mutilo descriptus.

- 5) Soph. Aj. 1338. ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ
 οὐκ ἂν ἀτιμάσαιμ' ἄν.
 6) Eur. Med. 866. ἦκω κελευσθεῖς· καὶ γὰρ οὔσα δυσμενῆς
 οὐκ ἂν ἀμάρτοις τοῦδ' ἐγ', ἀλλ' ἀκούσομαι.
 7) Id. Troad. 408. εἰ μὴ σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσεν φρένας,
 οὐκ ἂν ἀμισθὶ τοὺς ἐμοὺς στρατηλάτας
 τοιαῖσδε φήμαις ἐξέπεμπες ἄν χθονός.
 8) Soph. Ant. 747. οὐκ ἂν ἔλοις ἦσσω γε τῶν αἰσχροῶν ἐμέ.

In his quatuor locis optimi libri οὐκ ἂν, pejores, quos ante Dindorfium sequuti sunt, οὐκ ἂν γ' et partim οὐκ οὖν. — Rectissime Hermannus intellexit, de quinque vel sex posterioribus locis (adeo, nisi fallimur, de omnibus octo), quorum ratio simillima est, commune iudicium faciendum esse. Minus recte contendit, satis probabiliter οὐκ ἂν γ' genuinam lectionem haberi posse. Quum enim particula γ' non legatur nisi in pejoribus libris recentiorum grammaticulorum correctricem manum expertis, quos constat saepissime ea vocula inserta metro, quod labare videretur, fulmentum

addidisse, verisimillimum est sine controversia, etiam hic eosdem idem egisse. Deinde Hermannus asseveranti, omnibus iis locis restrictivam particulae vim bene convenire non magis credo quam particularum *ἄν γε* conjunctionem vere Graecam esse, praeterquam ubi *ἄν* cum conjunctione aliqua in unam vocem coaluit, ut *ἦν γε* i. e. *εἰ ἄν γε* nec minus *πρὶν ἄν γε*: Arist. Vesp. 919 *μὴ προκαταγίνωσκ', ὡ πάτερ, πρὶν ἄν γ' ἀκούσης ἀμφοτέρων*, unde recte super Dindorfius cum Bentlejo in simili loco Ach. 298 restituit *μηδαμῶς πρὶν ἄν γ' ἀκούσητ'* (Rav. A *πρὶν γ' ἄν ἀκούσητ'*, alii libri aliter). Aegre quidem ex ipsis vocularum notionibus demonstraveris, non potuisse fieri ut conjungerentur; non junctas esse (nam plurimum in talibus valet usus), probabili ratiocinatione efficitur. Nam praeter sex illos locos *ἄν γε* non legitur nisi in his:

Eur. Herc. f. 1196 *οὐκ ἄν γ' εἰδείης ἕτερον
πολυμοχθέτερον πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.*

Dindorfius recepit Elmsleji emendationem *οὐκ ἄν ἴδοις*. Equidem non video, cur in *εἰδείης* offendatur; quum vero in Par. A *γ'* omissum sit, hic ipse est nonus locus, ubi *ἄν* cum *οὐκ* junctum producit. Deinde Anaxilae fragmento ap. Poll. X. 190 (III. p. 342 Mein.) *οὐκ ἄν γ' ἐμοὶ τουτὶ γένοιτο κεράμινον*, nihil tribui posse intellexit Meinekius, quod codicis Vossiani lectione *γένηται* recepta *ἄν* sit conjunctio. — At bis *ἄν γε* sine elisione legitur, ut particula non possit syllabae producendae causa intrusa existimari. Mirum quod non saepius, si ea particularum prae aliis frequentatarum compositio Graeca fuit. Quid quod uterque locus sententiae nomine corruptelae suspectus est? Primum Eur. Orest. 784, ubi Orestes cum Pylade deliberans ad fugam capessendam inclinat:

ΟΡ. καὶ τίς ἄν γέ μ' οἰκτίσειε. ΠΥΛ. μέγα γὰρ ἠδύγενειά σου.

Ita Brunckius scripsit pro *καὶ τίς ἄν γε*, Hermannus conjecit *καὶ τίς ἄν μ' ἐποικτίσειε*. At sententia languidior, si aliquos sui miserturos dicat. Vix dubito quin poeta scripserit *καὶ τίς ἄν μ' οὐκ οἰκτίσειε*; Postquam *οὐκ* facili errore excidit, metri fulciendi gratia *γε* injectum est. Deinde Phoen. 1213 in stichomythia Iocastae et Nuntii, qui nuntiato felici pugnae eventu fratrum consilium certaminis singularis ineundi celare studet:

*ΑΓΓ. μέθες μ' ἔρημος παῖς ὑπασπιστοῦ σέθεν.
ΙΟΚ. κακόν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ.
ΑΓΓ. κοῦκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά,
ΙΟΚ. ἦν μὴ γε φεύγων ἐκφύγης πρὸς αἰθέρα.*

Ultima nuntii verba parum apta sunt, etiamsi e parte librorum recipias *οὐκ ἄν γε*; Iocastae autem dictum tum demum, nisi vehementer fallor, tolerabilem sententiam contineret, si gravis quaedam minatio suppleri posset ut Orest. 1593 *ἀλλ' οὐτὶ χαιρώων, ἦν γε μὴ φύγης περὶ οἷς*, id quod fieri non posse apparet; scholia intelligi jubent *λέξεις*. Neque perspicitur, quomodo nuntius deinceps gravissima necessitate ad dicendum compelli sibi videatur. Itaque persuasum habemus tres ultimos versus (quo ducit etiam illud *κοῦκ*) Iocastae continuandos esse et medio versu minationem illam contentam fuisse, cui proverbialis locutio ultimi versus apte addi potuerit. Minus apparet, quae fuerint ipsa genuina verba.

Utut res est, illis locis, de quibus disputamus, lectionem *οὐκ ἄν γ'* relinqui non posse apparet. Et ipse Hermannus, quum in tot locis meliores libri tueantur *οὐκ ἄν* in principio totius sententiae aut apodosis positum et ubi gravis asseveratio aptissima sit, rectius in quinque illis sexve locis *οὐτᾶν* reponi censet, quam medelam Porsonus et Elmslejus in Med. 867, hic praeterea in Aj. 1338 et Ant. 747 proposuerant. Multo sane hoc probabilius. At mirum tamen, quod in nullo eorum locorum lectionis *οὐτᾶν* vestigium exstat nec magis in ullo loco pro *οὐτᾶν* varia

lectio οὐκ ἄν reperitur. Et quid est, cur Hermannus in optimorum librorum lectionem octo novemve locorum simillimorum consensu firmatam tam infesto animo saeviat? Negat ἄν potenziale, innumeris in locis apud omnes poetas correptum, aliquoties produci posse cum ulla veri specie. Rectissime. Quid vero, si productum hoc ἄν a correpto non minus diversum sit quam alterum illud, quod ex εἰ ἄν coaluit? Quum enim omnibus illis locis gravis asseveratio optime conveniat, jam neminem, opinor, latet, hoc ἄν crasi factum esse ex ἦ ἄν, ut Atticos dicere oportebat pro epico et lyrico ἦ κεν, cui crasi simillimae sunt, de quibus supra diximus, ἄρα ex ἦ ἄρα et δἄν e δῆ ἄν. Eodem autem modo οὐκ ἄν juncta sunt, quo οὐκ ἄρα, quae item saepissime in principio sententiarum leguntur, nec dissimilis quoad voculae ἦ collocationem est glossa Hesychiana οὐ γὰρ ἦ, οὐ γὰρ δῆ. — Jam vero hoc ἄν num forte nusquam usurpatum est nisi cum negatione copulatum? Aliud quid docere videtur unicus, qui restat, locus:

Aesch. Sept. 542. Θεῶν θελότων δ' ἄν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ. Quum pars codicum, inter quos boni libri Reg. A et Colb. 2, δ' omittant, Hermannus Θεῶν apte ad praecedentia trahens corrigit ἄν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ, parum probabiliter, quum relativum vix intelligi possit. Equidem mihi persuadeo Aeschylum scripsisse:

ἔξωθεν εἰσω τῷ φέροντι μέμνεται,
 πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν
 Θεῶν θελότων. ἄν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ;

ut etiam hic ἄν ex ἦ ἄν natum sit et interrogatio insigni cum vi orationem claudat sicut Ag. 260 ἦ τορῶς λέγω; vel Soph. Aj. 1158 μῶν ἠνιξάμην; — Optime autem se habet, quod solum ἄν apud unicum Aeschylum legitur, οὐκ ἄν apud solos tragicos, nunquam apud comicos. Apparet enim hoc ἄν, quod a potentiali ἄν parum differret, mature ita exolevisse ut paullo diutius in formula οὐκ ἄν haereret.

d) Negatio οὐ cum sequentibus vocibus per crasin coalescere non potest, quoniam ante vocales in οὐκ abit. Cum antecedentibus rarius tam arcte juncta est, ut crasis fieri possit, praeterquam si quae ipsae crasis appetentes sunt ut καί, ἦ, ἦ, μή. Sua autem vi οὐ coit primum cum ἐπεί: Hom. Od. λ, 249. Aesch. Suppl. 884. Soph. Oed. C. 1436 ἐπεὶ οὐ, Hom. Il. ν, 777. Theogn. 931. Soph. Phil. 948 et fr. 470 ἐπεὶ οὐδέ, Hesiod. Sc. 218 ἐπεὶ οὐδαμῆ, Soph. Phil. 446 ἐπεὶ οὐδέν, 1037 ἐπεὶ οὐποτε. Deinde cum ἐγώ: Sapph. fr. 87 (77) ἐγώ οὐδέ et saepe apud Atticos; nam crasis causam non in ἐγώ quaerendam esse infra docebimus. Postremo apud Aristophanem crasin efficit in jurandi formulis: Thesm. 269 μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐκ, ἦν γε μὴ ὁμόσης ἐμοί, Lys. 1171 οὐ τῷ σιῶ οὐχὶ πάντα γ' ὦ λισσάνε (ubi Dind. male reliquit virgulam post σιῶ), Ran. 508 μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ μὴ σ' ἐγὼ περιόψομαι.

e) Pronominis ἐγώ crases cum vocabulis praecedentibus nullae fere editae leguntur. Nam pro οἱ ἐγώ, quod apud Aeschylum Sept. 790. Pers. 437. 509. Ch. 680. 874. 880. 915 omnes libri tenent, apud Sophoclem Aj. 803. El. 674. 1115 plerique, post Porsonum et Brunckium οἱ γὼ per aphaeresin editum est, nisi quod Blomfieldius et Wellauerus librorum lectionem in Aeschylotutati sunt. Qui recte egisse videntur; nam οἱ ἐγώ non minus in unam vocem coalescunt quam οἴμοι. Hujus tamen crasis causa etiam in vocula οἱ quaeri potest. At probabile est pronomen ἐγώ, quod facillime cum verbo sequente coalescat ut ἐγῶδα, ἐγῶμαι, ἐγώ εἰσομαι, etiam cum antecedente verbo suo crasin facere potuisse. Sed in talibus ubique aphaeresis scripta reperitur, ut ἀξιώ γὼ, μόλω γὼ, θρέπω γὼ, ἦδη γὼ, ἀχθομαι γὼ, γράψομαι γὼ. Quorum pleraque nulla litera mutata in crasis formam redigi possunt, ultima certe levissima mutatione, ut Dindorfius Eur. Iph. A. 1396 sine libris scripsit γενήσομαγὼ, quum in Ald. sit γενήσομ' ἐγώ, vulg. γενήσομαι

ἔγω. Deinde ἐγὼ etiam cum nominibus aliquoties crasin facere putaveris ut in *λοισθία ἔγω* Soph. Ant. 895, *μελέα ἔγω* Eur. Suppl. 273. Neque apud tragicos certa aphaeresis exempla reperiri, infra apparebit.

C. Graviora vocabula bina per crasin coalescere non possunt, nisi frequenti usu ita copulata sunt, ut unius vocis speciem referant. Ejus generis haec sunt:

a) *Οὔνεκα* et *τοὔνεκα* inde ab Homero et *ὀθούνεκα* i. e. *ὄτου ἐνεκα* apud Atticos. — b) *τύχ' ἀγαθῆ* Arist. Av. 436. 675. Eccl. 131, Nicostat. ap. Athen. XV., 693. A (III. p. 285 Mein.), quod libris partim ducibus Dindorfius recte restituit, quum aphaeresis *τύχη ἄγαθῆ*, quae olim edita erat, ferri nequeat. — c) *Ὀσημέραι* i. e. *ὄσαι ἡμέραι*, ut quotidie natum est e quot dies, Arist. Plut. 1006, Alexis ap. Stob. 30, 8 (III. p. 520 Mein.) nec raro in oratione pedestri, cf. Interpret. ad Greg. C. p. 65, ubi ex Et. Leid. etiam *ὄσῶραι* commemoratur. — d) *Ὀκτώ ὀβολοί* Crates ap. Poll. IX, 62 (II. p. 241 Mein.) et Lynceus ap. Athen. IV. p. 138 (IV. p. 433 Mein.), quibus in locis Meinekius parum recte invitis libris aphaeresin illegitimam *ὀκτώ βολοί* edidit. Idem in Amphidis fragmento ap. Athen. VI. p. 224 (III. p. 313 Mein.) scripsit:

*κᾶτ' οὐ λαλῶν ὄλα
τὰ δῆματ', ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελῶν τάρων
βολῶν γένοιτ' ἄν. ἢ δὲ κέστρα; κτῶ βολῶν.*

qui locus est de piscariorum insolentia. Libri *τεττάρων* (editiones VL *τάρων*) *ὀβολῶν*, deinde A. *ὀκτώ βολῶν*, P. *ὀκτώ ὀβολῶν*, VL *ὀκτ' ὀβολῶν*. Recte *τάρων* et *κτῶ* scripta sunt, quae numeralia vulgaris et concitator elocutio facile mutilabat; minus recte, nisi fallor, *βολῶν*. Restitue *ὀβολῶν* et *κτῶ ὀβολῶν* aut plerisque libris ducibus *κτῶ βολῶν*, unde etiam in illis locis *ὀκτ-ἀβολοί* scribere licet. Similiter in vulgari Anglorum pronuntiatione coaluerunt *twopence*, *fivepence* (pronuntia *tuppns*, *fippns*) — e) *Ἰττω Ἡρακλῆς* Arist. Ach. 860 in Boeotica jurandi formula. — f) *Ἐα αὐτό* Arist. Lys. 945, *ἔα αὐτόν* Ran. 1245 (ubi Dind. e Rav. male recepit *ἔασον*); hinc bene Dawesius eandem crasin restituit Sophocli Oed. Col. 1192, ubi libri *αὐτόν* vel *αὐτόν*. Dindorfius tamen Reisigio auctore *ἔασον* edere maluit, Hermannus cum Wundero *ἔα νιν*. Crasis eo facilius fieri poterat, quod accusativus *αὐτόν* (nec minus haud dubie *αὐτό*) interdum enclitica natura utebatur. Indidem explica crasin *ἔαυτ'* Nub. 901 i. e. *ἐγὼ αὐτά*, de qua infra dicemus. Itaque haec rectius ad secundum crasis genus referri videntur. — g) Ad idem crasis genus pertinent pronomina Ionica *ἐμειωντοῦ*, *σεωντοῦ*, *ἔωντοῦ*, ex *ἐμέο αὐτοῦ*, *σέο αὐτοῦ*, *ἐο αὐτοῦ*, quae vocalium ratio errore quodam a genitivo ad reliquos casus translata est. Mirum autem, quod crasis elisioni brevis vocalis praelata est. Hac utuntur reliquae dialecti. — h) Postremo huc referendam censuimus vocalium *μή ἀλλά* conjunctionem:

Aesch. Ch. 904. *OP. αἰσχόνομαι σοι τοῦτ' ὄνειδίσαι σαφῶς.*

ΚΑ. μή, ἀλλ' εἴψ' ὁμοίως καὶ πατρὸς τοῦ σοῦ μάτας.

Arist. Ach. 458. *EYP. ἀπελθε νῦν μοι. ΔΙΚ. μή, ἀλλά μοι δὲς ἐν μόνον*

(Dind. utrobique invitis libris *μᾶλλά*). Apparet ad *μή* proprie ex antecedentibus imperativum aliquem repetendum esse, sed quotidiano usu factum esse, ut incisione ommissa *μή ἀλλά* in unam vocem (immo) coalescerent, quare virgula delenda est. Cum hoc *μή ἀλλά*, quod jungitur cum imperativis, Dindorfius non recte confudit *μᾶλλά*, e variis librorum corruptelis ab ipso, praeceunte Porsono, Aristophani aliquoties optime restitutum:

Av. 109. *EP. μῶν ἡλιαστά; EY. μᾶλλά θαιέρον τρόπον, ἀπηλιαστά.*

Ran. 103. *HP. σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει; ΔΙ. μᾶλλά πλεῖν ἢ μαινομαι.*

Ibid. 610. *ΔΙ.* εἶτ' οὐχὶ δεινὰ ταῦτα, τύπτειν τουτονὶ
κλέπτοντα πρὸς τὰλλότρια; *Ξ.* μᾶλλ' ὑπερφυσᾶ.

Ibid. 745. *Ξ.* χαίρεις, ἰκετεύω; *ΔΙ.* μᾶλλ' ἐποπτεύειν δοκῶ.

Ibid. 750. *Ξ.* ὁμόγνιε ἀεὺ· καὶ παρακούων δεσποτῶν,
ἄττ' ἂν λαλῶσι; *ΔΙ.* μᾶλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι.

Thesm. 645. *ΚΑ.* καὶ ποῦ ἴσιν; *ΓΥΝ.* ἀνθὺς ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται.
ΚΑ. οὐκ ἐνγεταιυδί. *ΓΥΝ.* μᾶλλὰ δεῦρ' ἦκει πάλιν.

(ubi malim interrogationem οὐκ ἐνγεταιυδί;). Hoc μᾶλλὰ scholia Av. 109 et Photius (ubi μάλα scriptum est) per οὐκ, ἀλλά interpretantur; rectissime, ut facile apparet, quoad sensum. At quoad formam ex οὐκ, ἀλλά ortum esse non potest. Itaque Dindorfius e μὴ ἀλλά coaluisse existimat, sensu invito; nam ubique non imperativum, sed verbum finitum ex antecedentibus repeti oportet. Neque extant alia exempla voculae μὴ cum α in μὰ conjunctae. Nam quod idem Dindorfius suadente Elmslejo ad Heracl. 460 ejus generis crases ut μάνατραπῆναι, μάπολείπεσθαι, μάποδείρης passim apud scenicos edidit, ubique, quantum video, libri adversantur, in quibus aut utraque vox integra extat aut altera aphaeresin passa est ut μὴ ἀνατραπῆναι et μὴ νατραπῆναι. In Soph. Phil. 933 ejusdem correctio με μὰφέλης paullo magis sustinetur librorum lectione μὴ μ' ἀφέλης, sed Hermanni emendatio με μὴ φέλης non violentior est. Postremo pro hoc μᾶλλὰ in codicibus nusquam est μὴ ἀλλά sed tantum in scholiis pro varia lectione commemoratur ad Ran. 610 et, ubi a Symmacho repetitur, ad vs. 745. Contra μὴ ἀλλά Choeph. 904 et Acharn. 458, ubi locum tuetur, nec minus εἰ δὲ μὴ ἀλλά Thesm. 288 (ubi Dind. item μᾶλλὰ) omnium librorum consensu firmanantur. Alia igitur origo circumspicienda est nec fere dubito quin μᾶλλὰ e μὰ ἀλλά concreverit, hoc autem e formula μὰ Δί' ἀλλά (quae ipsa est pro οὐ μὰ Δί', ἀλλά) quotidiano usu concisa relictum sit. Nam μὰ Δί' ἀλλά eodem sensu quo οὐκ, ἀλλά et μᾶλλὰ frequentatur apud Aristophanem, Platonem, alios cf. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 36. A, ut

Arist. Nub. 1290. *ΣΤΡ.* τί δῆτα τὴν θάλατταν ἔσοθ' οὐ πλείονα
νυνὶ νομίζεις ἢ πρὸ τοῦ; *ΑΜ.* μὰ Δί' ἀλλ' ἴσην.

Reliqua crasis exempla, quaecunque in tres illas classes redigi nequeunt, aut librorum errori aut criticorum vel antiquorum vel recentium pravae sedulitati debentur, praeterquam si qua alias explicationes admittunt. Nec levem auctoritatem summae illi legi, qua crasin circumscribi diximus, inde accedere putamus, quod paucissimi loci extant, ubi crasis non legitima aut omnium librorum aut meliorum testimoniis nitatur. Antiquiores poëtas perlustrabimus:

Apud Homerum haec pravae crasis exempla leguntur:

Il. α, 277. μήτε σὺ, Πηλεΐδη, ἔθειλ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ.

Ita Wolfius sine libris. Aristarchus, ut docent scholia, Πηλεΐδῆθ' ἔθειλ' scripserat, crasin fieri volens, quod Homerus brevioris forma θέλω non usus esset. Antiquissimi libri hand dubie ΠΗΛΕΪΔΗΘΕΑ habuerant; qui superstites sunt, Πηλεΐδ' ἠθελ', Πηλεΐδη θέλ', Πηλεΐδη θ' ἔειλ' praebent. Aut hoc, quod ante Wolfium vulgabatur, aut Πηλεΐδη θ' ἔειλ' probari oportere, infra demonstrabimus.

Il. β, 631. Μηριόνης ἀτάλαντος Ἐνναλίω ἀνδρειφόντη.

Versus repetitur η, 166. θ, 264. ρ, 259. Alii ut Matthiae Gramm. p. 126 crasin fieri jubent syllabarum φ-άν, alii ut Thierschius Gramm. p. 218 synizesin vix magis tolerabilem vocalium να. Rectius existimaveris ω coalescere in unam syllabam sequentis vocalis vi correptam ut in χρωσέω ἀνά σκήπτρω Il. α, 15, δεινδρέω ἐφεζόμενοι Il. γ, 152. Hes. Opp. 583, ἀργυρέω οὐδὲν ὁμοιον

Opp. 140 (quod nunc legitur e verissima Spohnii emendatione pro ἀργύρω), ἀργαλέη οὐδέ ποτ' ἐσθλή Opp. 640, ubi η-ου per synizesin coalescere Matthiae p. 126 parum recte opinatus est.

II. ρ, 89. ἀσβέστω· οὐδ' υἶὸν λάθην Ἄτρεος δὲν βοήσας

Foedissimam synizesin recte sustulit Barnesius emendando ἀσβέστω· οὐδ' υἶα λάθ' Ἄτρεος (λάθ' est in cod. Lips.), qui assensum tulit Bothii et Buttmani Gramm. I. p. 117.

II. σ, 458. υἶετ' ἐμῷ ὠκυμύρῳ δόμεν ἀσπίδα καὶ τροφάλειαν.

Ita Wolfius sine libris; scholia A agnoscunt crasin ἐμῷκυμύρῳ, codices aut υἶετ' ἐμ' ὠκυμύρῳ aut, sicut editiones ante Wolfium υἶτ' ἐμῷ ὠκυμύρῳ. Hoc recte praetulerunt Heynius, Hermannus ad H. Ap. 48, Buttmanus l. l., Bothius.

Od. α, 226. εἰλαπίνη ἤε γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

Cum Wolfio faciunt ed. Vind. et lemm. scholl. Vulg., sed codd. Harl. et Vindd. 50. 307, l. scholl. E et antiquiores editiones praebent εἰλαπίν' ἤε. Cui elisioni simillima est Od. μ, 235 ἐνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ' ἐτέρωθεν δὲ δια Χάρυβδις, quum praeterea apud Homerum Σκύλλη legatur, non Σκύλλα Quare Spitznerus de vers. her. p. 32 proposuit ἐνθεν μὲν Σκύλλη, Bekkerus autem edidit ἐνθεν γὰρ Σκύλλη secundum variam lectionem (docti, nisi fallor, cujusdam conjecturam) in editione Clarkiana commemoratam; nam in Vind. 5, quum μὲν absit, tamen Σκύλλ' extare videtur. At non minus Σκύλλ' quam εἰλαπίν' defendi posse videtur. Dialectus epica Smyrnae, in Aeolica urbe ab Ionibus capta, ex utriusque stirpis dialectis composita est; Aeolica autem ejus pars et ab initio iniquo foedere usa esse videtur et postea, quum apud Iones potissimum Homericæ carmina cantarentur et poesis epica coleretur, ita oppressa est, ut rara ejus vestigia metri praesidio servata sint ut ἄμμες, ἴα pro μία, πίσυρες all. (nam digamma et alia, quae vulgo ab Aeolibus repetuntur, antiquissimis Ionibus communia fuerunt.). Jam vero constat Aeoles barynticos Latīnorum more primæ declinationis terminationem corripuisse, ut νύμφα Sapph. 56, Ἀφροδίτα, πρόσβιστα, ἔρανονα vid. Diall. Graecc. I. p. 109; constat Homerum inter tot exempla Ionici νύμφη bis Aeolico νύμφα usum esse II. γ, 130. Od. δ, 743. Cur igitur miremur singulis vicibus Aeolicas formas Σκύλλα et εἰλάπινα (hunc accentum malim) in textu Homericō haesisse? Praeterea hinc alii loco

Od. ω, 247. οὐκ ὄγγη, οὐ πρασίη τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον.

sine librorum ope pravae synizesis medelam afferre licet; lege οὐκ ὄγγν'.

Od. η, 89. ἀργύρῳ δὲ σταθμοὶ ἐν χαλκῷ ἕστασαν οὐδῶ.

Synizesis σταθμοὶ ἐν, quam agnoscit Wolfius Anall. I. p. 448, caesura sublata versum misere perderet, nec tolerabilius alii δὲ σταθμοὶ pro anapaesto accipere. Itaque Bothius edidit ἀργύρῳ σταθμοὶ δ' ἐν, quae collocatio apud Homerum vix ferri potest, Bekkerus probabilius σταθμοὶ δ' ἀργύρῳ.

Apud Alcaeum unum pravae crasis exemplum editum est fr. 54 Bergk. (45 Schn.)

Ἰόπλοχ' ἄγνα μελλιχόμειδε Σάπφοι,
θέλω τι εἶπην, ἀλλά με κωλύει αἶδως

Quos versus, alterum ab Hephaestione, alterum ab Aristotele servatum Bergkii ingeniosa conjectura primus conjungens simul primus synizesin illam fieri jussit, quum antea alter versus strophæ Alcaicae initium habitus esset: θέλω τι εἶπην, ἀλλά με κωλύει | αἶδως. Aegre tamen Bergkii inventum abjicimus; forsitan poëta scripserit: θέλω τι εἶπην, ἀλλά με κωλύει γὰρ | αἶδως.

Plura ejus generis in Sapphonis reliquiis a Bergkio potissimum admissa sunt:

Fr. I. vs. 11. *πύκνα δινεύεντες ἀπ' ὠράνω αἴθερος διὰ μέσσω.*

Ultimorum lectio, quae synizesin illicitam postulat, recentibus libris debetur et librarii alicujus non indocti conjecturam sapit. Antiquissimus Dionysii liber Parisinus (nec multum differunt reliqui meliores) habet: *πυκνά δινήντες πτερά ἀπ' ὠρανῶ. Θέρος δ' ἀμεισπω.* Unde quae crasi vitata elicuimus in Mus. Rhen. Nov. I. p. 389 et Diall. II. p. 541, jam parum placent, nec levi mutatione tantae corruptelae mederi valeamus. Dubitanter, ut decet, proponimus:

*κάλοι δὲ σ' ἄγον
ᾠκεες στρουθοὶ περὶ γᾶς μελαίνας
πύκνα δίννοντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω, θύ-
ραις δὲ πρὸς ἄμμαις
αἰψ' ἄρ' ἐξίκοντο.*

Πω e compendio *πρ* ortum, deinde transpositum esse existima; *αἰψ' ἄρ'* e librorum vestigiis olim restituumus pro *αἴψα δ'*.

Ibid. vs. 17. *κῶ,τι ἔμφ μάλιστα θέλω γένεσθαι.*

Synizesin duplici nomine intolerabilem l. l. sustulimus recepta libri Parisini lectione *κῶ,τι ἔμφ.* Pronomen *δ,τι* elisionem patitur etiam apud Homerum Od. ο, 317. *δ,τι ἐθέλοιεν*, si lectio genuina est vid. infra. Frequens autem apud eundem est vocalis elisio in conjunctione *ὅτι* vid. Faesi in Actt. Soc. Graec. Lips. II. p. 323 seqq.

Fr. 49 (27 Schn.) *οὐ γὰρ τλάσομ' ἔγω ξυνοίκην νέψ εὔσα γεραιτέρα.*

Νέψ εὔσα Bergkius e conj. pro vulg. *οὔσα*, quum in Stobaei codicibus AB sit *νέ' οὔσα*. Nos Diall. II. p. 543 correximus *ξυνοίκην ἔοισα*, ut ante nos fecerat Seidlerus; neque *εὔσα* Aeolicum est cf. ibid. p. 548.

Fr. 69 (78). *ἀλλ' οὐ γὰρ θέμις ἐν μοισοπόλω οἰκία.*

Ita Bergkius cum Nevio; Schneidewinus *Μοισοπόλω οἰκία*. Maximi Tyrii verba *οὐ γὰρ θέμις ἐν μοισοπόλων οἰκία* nos jam Diall. I. p. 269 (cf. II. p. 546) nihil addentes nihilque mutant praeter ordinem verborum in hunc versum prava crasi liberum redegeramus: *οὐ γὰρ οἰκία ἐν μοισοπόλων θέμις.*

Fr. 73 (69). *κατθανοῖσα δι κείσῃ οὐδ' ἔτι τις μναμοσύνα σέθεν
ἔσσει' οὐδέποτε' εἰς ὕστερον.*

Apud Stobaeum est *κείσαι οὐδέποτε μν.*, quod propter sequens *οὐδέποτε* ferri nequit; apud Plutarchum *κείσαι οὐδέ τις μν.*, unde Spengelius elicuit *οὐδ' ἔτι τις*. At apparet mature lectionem dubiam fuisse. Aliud corruptelae vestigium est in *κείσαι*, quae forma in synizesi vix servata esset. Postremo *κατθανοῖσα κείσαι* i. e. mortua jacebis cf. *κείται θανόν* Aesch. Pers. 317 et saepe solum *κείσθαι*, parum aptum est, quum ea sors omnes homines maneat, non *γυναικα ἀπαίδεντον* prae aliis. Itaque corrigo:

*κατθανοῖσα δ' ἐπεὶ κείσαι, οὐ μναμοσύνα σέθεν
ἔσσει' οὐδέποτε' εἰς ὕστερον.*

Quum syllaba *παι* casu excidisset, versus lacuna imperitius expleta est.

Fr. 83 (83). *ἀ δ' ἀμφοτέρων κράσις ἔχει εὐδαιμονίας τό γ' ἄκρον*

Ita Bergkius ex ingenio pro *ἣ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κράσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον*, quae non Sapphonis verba esse, sed scholiastae Pindarici, docuimus in Mus. Rhen. p. 399.

Fr. 102 (51). ὁ μὲν γὰρ κάκος, ὅσον ἴδην πέλεται ἄγαθος,
ὁ δὲ κάγαθος αὐτίκα καὶ κάλος ἕσσεται.

Bergkii e. conj. addidit ἄγαθος, quum Hermannus ἕσσεται pro ἔσται scripsisset. Nos l. l. facillima mutatione scripsimus πέλετ' αὐτὶ i. e. αἰεί, simul ἔσται servantes.

Praeterea ipsi Schneidewinum sequuti Sapphoni pravam crasin dedimus :

Fr. 110 (59) οὐκέτι σ' ἤξω, οὐκέτι σ' ἤξω — —

secundum Demetrii verba οὐκέτι ἤξω πρὸς σὲ, οὐκέτι ἤξω. Bergkii edidit οὐκέτι σ' ἤξω — — ὦ πάρθενε, σ' οὐκέτ' ἤξω, quanquam Virginitas alloquitur puellam non amplius virginem. Proposuerim :

- A. παρθενία, παρθενία, ποῦ με λίποις ἀποιχέαι;
B. οὐκέτι σ' εἶξω [πάλιν, ὦ πατ, πάλιν] οὐκέτ' εἶξω.

εἶξω Aeolice pro ἤξω cf. Diall. II. p. 542.

Apud Anacreontem fr. 16 (9) Bergkii edidit :

οἶνον δ' ἐξέπιον κάδον, νῦν δ' ἀβρῶς ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ κωμάζων παιδὶ ἀβρῆ.

Hermannum sequutus: libri παιδί, παιδί, ποδί. Schneidewinus Weltr. 3. Krit. b. Poët. Lyg. p. 123 synizesin jure damnans παιδ' ἀβρῆ scribi jubet. At bisyllabi casus vocis παῖς nunquam, ne apud Aeoles quidem, diaeresin patiuntur. Hermanno iudice elegantius foret πόδας ἀβρῆ. Eundem sensum restitue levissima mutatione scribens πεδί' ἀβρῆ. Nam πεδίον est inferior pars pedis, vid. Poll. 2, 197, quae hic eo aptius pro toto pede nominari poterat, quod in illa potissimum elegantia pedis spectatur. Eundem vocis usum agnosco in Aeschyleo βοῶ πεδιοπλόκτυπος Sept. 83, quod incredibilem in modum interpretantur sonitus ab unguibus campum quatiuntibus aut sonus a campis editus, qui equorum unguibus quatiuntur. Intellige fußhufftampsendes Geräuſch.

Apud Simonidem fr. 50 (9) Bergkii Schneidewini Delectum sequutus retinuit vulgatam :

κνανέου ἐξ ὕδατος ἄλλοντο καλῆ σὺν αἰοιδῆ

metro praescripto crasin postulans. Aliquanto tolerabilior esset aphaeresis κνανέου ἕξ ὕδατος vid. infr., sed praefero hiatum Pindari exemplo excusatum.

Apud Pindarum Boeckhii, quem Bergkii et Schneidewini sequuti sunt, ter pravam crasin invitis libris edidit. quod poeta brevior forma θέλω, quam libri tenent, non usus esset: Ol. II. 107 λαλαγήσαι ἐθέλων, Pyth. X. 5 Ἴπποκλέα ἐθέλοντες, Isthm. V. 40 θυμῷ ἐθέλων. Quartum locum addidit Bergkii Nem. X. 84 lacunam e Schmidii conjectura supplendo: Οὐλομπον [κατοικῆσαι] ἐθέλεις. Quibus in locis, si forma θέλω jure damnetur, aphaeresin statui posse infra apparebit. Praeterea in editione Bergkiana haec crasis illegitimae exempla reperiuntur:

Ol. XIII. 7. Δίκα καὶ ὁμότροπος εἰράνα ταμίαι ἀνδράσι πλούτον.

Auctore Boeckhio omnes ταμίαι ἀνδράσι per synizesin coalescere volunt. Quod quum fieri nequeat neque tamen corruptelae ullum vestigium extet, syllabas ιαι in syllabam positione correptam coire existimaveris ut in exemplis supra ad Hom. II. β, 651 congestis. Aliam tamen suspicionem mox ad Pyth. XI. 54 proponemus.

Pyth. I. 56. οὕτω δ' Ἰέρωνι πέλοι ὀρθωτήρ θεός.

Ita Bergkii ex ingenio pro θεός ὀρθωτῆρ πέλοι, ne monosyllabum θεός corripere; Hermannus eadem de causa coniecit Ἰέρωνι τις ὀρθωτῆρ πέλοι, parum probabiliter. Et ipse illam correptionem non tolero; nam quod τεόν apud Praxillam pro brevi syllaba fuit, inde excusationem habet, quod antiquum τεός etiam vulgo in monosyllabum σός abiit. Corrigo autem, sententiae simul perspicuitati consulens, in hunc modum :

νῦν γε μὰν τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων
 ἐστρατεύθη· σὺν δ' ἀναγκαίᾳ φίλον
 καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ ἔσανεν. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν
 ἔλκει τειρόμενον μετανάσσοντας. ἔλθειν
 ἤρωας ἀντιθέους Ποιάντος υἱὸν τοξόταν,
 ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσεν, τελεύτασέν τε πόνους Λαναοῖς
 ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαινῶν, ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.
 οὕτω δ' Ἰέρων. θεός ὀρθωτῆρ πέλοι
 τὸν προσέρποντα χρόνον, ὃν ἔραται καιρὸν διδούς.

„Ita etiam Hiero“ sc. quamvis corpore invalidus sicut Philoctetes hostes vicit.

Pyth. V. 17. ἔχεις συγγενῆς
 ὀφθαλμῶ ἀιδιοῦτάτων γέρας.

Ita Bergkii e conjectura etiam sententiae nomine a Schneidewino rejecta. Libri ἔχει συγγενῆς ὀφθαλμὸς ἀιδιοῦτάτων γέρας, quae retinuit Boeckhii, nisi quod metri causa cum Schmidio ἀιδιοῦτάτων scripsit. Hermannus probabilem sensum suo jure desiderans praeterea ἔχει mutavit in ἐπεὶ, quam conjecturam neque perspicua sententia neque apta commendatam Schneidewinus calidius ut eximiam recepit. Fugit criticos, ἀιδιοῦτάτων alio modo corrigendum esse. Versuum igitur distributionem Hermannianam cum Schneidewino probantes locum in hunc modum constituimus :

σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκα πολὺς ὄλβος ἀμφιπέμπεται·
 τὸ μὲν ὅτι βασιλεὺς
 ἔσσι μεγαλῶν πολιῶν,
 ἔχει συγγενῆς
 ὀφθαλμὸς
 αἰδῶς, ἔρατὸν γέρας
 τεῶ τούτο μινύμενον φρενί·
 μάκαρ δὲ καὶ νῦν κτλ.

Pro accusativo ὀφθαλμὸς licet, si quis mavult, ὀφθαλμούς rescribere. „Tu felicissimus es; partim quoniam magnarum urbium rex es, reverentia ingenita (a patribus per hereditatem accepta) oculos tenet, gratum hoc donum tuo animo se insinuans etc.“ Egregie veneratio regiae majestatis in vultu conspicua comparatur cum donis, quae ab iis quibus aditus ad regem dabatur, offerri solebant. Animadvertite autem, nunc demum verba μινύμενον φρενί, quae in varias explicationes torserunt, satis intelligi posse.

Pyth. XI. 54. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι· φθονεροὶ δ' ἀμύνονται
 ἄτα, εἴ τις ἄχρον ἐλὼν ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
 ἀπέφυγεν·

Ita Bergkii post Boeckhium ex ed. Rom., vulg. ἀμύνοντ' ἄτα. Schneidewinus Hermannus auctore edidit ἀμύνονται | ἄται, εἴ τις nulla fere mutatione et aptissimo sensu, sed intolerabili synizesi non remota. Quare locum supra commemoratum Ol. XIII. 7, ubi verba τα-

μία ἀνδράσι hoc metrum efficiunt $\cup\cup-\cup\cup$, comparantibus suspicio suboritur, Pindaro licuisse in nominativo declinationis primae diphthongum elidere non minus quam Homero in *ἔξει δόδυνα* II. λ, 272, qui locus conjecturis parum probabilibus frustra tentatus est. Nol iexistimare, e Charybdi in Scyllam incidi. Nam crasis in talibus ipsi naturae adversatur; elisionem diphthongi nihil vetat nisi communis Graecorum consuetudo. Latini quasvis vocales longas et diphthongos vulgo elidunt; Graecorum poëtarum plerique diphthongum *αι* in terminationibus passivi; rarius eadem elisionem patitur in infinitivis ut *τυμβοχοῆσ'* Hom. II. φ, 323, quod rectissime vindicavit Bekkerus, Arist. Nub. 523. 550 *ἀναγεῦσ'* et *ἐπεμπηδῆσ'*, Av. 1340 *εἰν' ἄγγελος* all., et in imperativo aoristi I. med. Pax. 392 *χάρισ'*, 906 *θάσ'*, denique in vocula *καί* in scolio Harmodium et Aristogitonem celebrante. Quis igitur contenderit, ejusdem diphthongi elisionem in terminatione declinationis primae, ubi aequae quoad accentum unius morae loco est, Graecae linguae ingenio repugnare? Et videtur hoc elisionis genus ad Homerum et Pindarum e dialecto Aeolica manasse. Nam Aeoles barynticos eaque de causa cum Latinis ad extremas syllabas corripiendas pronos consentaneum est majore elidendi licentia usos esse. Cujus rei in exiguis poëtarum Lesbiorum reliquiis unum certe documentum superstes est. Nam apud Alcaeam fr. 87 Schn. et Sapphonem fr. 102 *ἔμ' αὐτῶ* et *ἔμ' αὐτᾶ* per elisionem efferenda esse docet Apollonius de pron. p. 103, quum in his *παράθεσιν* agnoscit vid. Diall. I. p. 126; Homerus et tragici tantum encliticarum *μοι* et *σοι* raram elisionem norunt.

Pyth. XII., 12. *εἰναλία τε Σερίφῳ αὐτοῖσι τε μοῖραν ἄγων.*

Ita Bergkiius e conjectura, libri *εἰναλία Σερίφῳ λαοῖσι τε*. Boeckhius cum Hermanno *τε* inserens *λαοῖσι* bisyllabum esse voluit. Quod quum vix ferri posse videatur, Hermannus olim proposuit *Σερίφῳ τοῖσι τε*, nuper (egregie Schneidewino iudice) *εἰναλία τε πέτρα λαοῖσι τε*. Nobis alia latere videntur:

σὸν παρθενίους ὑπὸ τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς
 10. *ἄτε λειβόμενον δυσπενθέϊ σὺν καμάτῳ,*
Περσεὺς ὅποτε τρίτον ἄνυσσεν κασιγνητῶν μέρος.
εἰναλία τε Σερίφῳ λάος ἰ μοῖραν ἄγων
ἦτοι τότε θεσπέσιον Φόρκοιο μαύρωσεν γένος
λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον
δουλοσύναν τό τ' ἀναγκαῖον λέχος,
εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας.

Quum *λάος ἰ* in *λαοῖσι* abisset, *τε* transpositum est. Praeterea in vs. 13 *τότε* scripsimus pro *τότε*, et majorem incisionem posuimus post vs. 11, delevimus post vs. 12. Prænomen *ἰ*, de quo grammaticorum testimonia frequentia sunt, teste Apollonio de pron. p. 330 extabat in Sophoclei Oenomai fragmento misere corrupto *εἰ μὲν ὡσεὶ θασσῶνα εἰδῶς εἰτεκοὶ παιδα* et Bekkeri conjectura Platoni restitutum est Symp. p. 175. C. et 223. D. Corripi testatur Draco p. 106, 14. Emendatione nostra, nisi fallimur, etiam sententiarum ordini consultum est. Duas res Perseus capitis Gorgonei ope perfecit: Seripho saxeam sortem attulit et Polydecten ultus est. Jam poëta in utroque membro de Medusae caede loquitur orationem arte ita varians, ut in priorē hanc ipsam caedem, in altero Polydectis fatum narrare videatur. Ceterum *ἦτοι* mediae sententiae insertum iterum legitur vs. 29, ubi Schneidewinus quo sensu *ἦτοι* scripserit, non satis perspicio.

Aliud illegitimae crasis exemplum Boeckhius, quem Schneidewinus dubitanter sequutus est, e conjectura Pindaro dedit:

Nem. X., 15. *Τηλεβόας ἔναρην καὶ οἱ ὄψιν ἐσιδόμενος*

οἱ ὄψιν coalescere jubens. Libri *ἔναρην, τί οἱ*. Hermannus olim conjecerat *ἔναρην. τῷ δ' ὄψιν*, quod Bergkii recepit; idem postea *ἔναρην. οἱ ὄψιν*. Equidem suspicor:

*Θρέψε δ' αἰχμᾶν Ἀμφιτρώωνος. ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος
ἵκετ' ἐς κείνου γενεᾶν, ἐπεὶ ἐν χαλκίοις ὄπλοις
Τηλεβόας ἔναρόντ' ὄψιν οἱ ἐειδόμενος
ἀθανάτων βασιλεὺς ἀνλάν ἐσῆλθεν*

Dativi iota elisum (cf. Ol. VIII. 52., IX. 112) scriptum erat ut saepe in libris Homericis; οἱ ab iis transpositum est, qui digammi vi syllabam antecedentem produci ignorarent. Ejusmodi productio praeterea est in *τοιούτων ἔπος* Isthm. VI. 42, ut Heynius recte scripsisse videtur, quum in libris sit *τοιούτῳν τι ἔπος, τοιούτῳν τ' ἔπος*, quod recentiores editores auctore Hermanno in *τοιούτῳν γ' ἔπος* mutarunt. Cur productio per digamma, quam frequentat Homerus nec spreverunt Alcmān aut ipse Epicharmus vid. Diall. II. p. 41. 44, a Pindaro abjudicetur, nihil excogitari potest.

Theognidem quoque ejusmodi crasi ditavit Bergkii:

vs. 573. *εὐ ἑρόων εὐ πάσχε· τί κ' ἄγγελον ἄλλον ἰάλλοις;
τῆς εὐεργεσίης ῥηιδίη ἀγγελίη.*

codicem O sequutus; optimus A *ῥηδιαγγελίη*, vulgo *ῥηδίη ἀγγελίη*. Quum in antiquo codice casu η excidisset (nam iota mutum haud raro adscribitur), recentiores librarii rectissime errorem correxerant, quorum lectionem cur Bergkii spreverit, aegre intelligitur; nam contracta forma legitur etiam vs. 1220 *ῥάδιον* et 1370 *ῥήτερον*.

Paucissima pravae crasis exempla in tragicis reperiuntur. Apud Aeschylum in editione Dindorfiana nullum legitur praeter Choeph. 195 *φεῦ. εἰθ' εἶχε*, ubi *φεῦ* extra versum est ut saepissime. Nihil ejus generis apud Sophoclem relictum est. Nam Aj. 1284, ubi Wunderus e Doederleini conjectura ediderat *τοῦ σοῦ ἀυθομαίμονος* (libri *τοῦ σοῦ γ' ὀμαίμονος*) Dindorfius bene correxit *τοῦ σοῦ ξυναίμονος*; deinde Phil. 554 *ἀμφὶ σοῦνεκα βουλευματα*, quod olim Hermannus probaverat, nunc ab ipso ut a reliquis ex egregia Aurati conjectura in *ἀμφὶ σοῦ νέα βουλευματα* mutatum est; ibid. 933, ubi Elmslejo auctore scriptum erat *τὸν βίον μὴ μάφελῆς*, quod pro *μον ἀφελῆς* esset, Hermannus edidit *τὸν βίον με μὴ φελῆς*, Dind. *τὸν βίον με μάφελῆς*, recte crasin postulans, nisi quod potius *μὴφελῆς* scribendum est. Postremo crasis *φεῦ. ἔστιν* Oed. C. 1670 Hermanno auctore expulsa interjectione sublata est. Apud Euripidem unus locus restat:

Rhes. 679. *οὐ σε χρὴ εἰδέναι· θανεῖ γὰρ σήμερον δράσας κακῶς.*

At ita solus Harl.; quum reliqui libri exhibeant *οὐ χρὴ σ' εἰδέναι, οὐ χρὴ (χρῆν) εἰδέναι σε, οὐκ ἐχρῆν σ' εἰδέναι*, Havn. *οὐ σ' ἐχρῆν εἰδέναι*. Versus Ulyssi tribuitur, cui alteram partem minime convenire intellexit Matthiae. Neque multo aptius Ulyssi custodes fallere cupienti ferox prioris partis responsum. Itaque codicem Havniensem reliquis meliorem sequutus corrigo: *οὐ σε χρῆν δύναι κτλ.*, ut verba sint chori aut hemichorii: „non debebas irreperere in castra.“

Paullo plures crases illegitimae sunt apud Aristophanem. In Ran. 141 *φεῦ. ὡς μέγα* interjectio est extra versum. Deinde

Eqq. 373. *ΚΑ. τὰς βλεφαρίδας σου παρατιλῶ.
ΑΛΛ. τὸν προηγοῦνα σὺκτεμῶ.*

crasis a Dindorfio profecta est; recte vulgo per aphaeresin *σοῦ κτεμῶ*, nisi quod *σον* scribendum. Item Thesm. 761, ubi Dind. *παῖδα σοῦξρηῆσατο*, ol. *σοῦ ξρηῆσατο*, lege *σον ξρηῆσατο*, nisi pro *σοι ξρηῆσατο* accipere velis. Nam genitivi *μον* et *σον* crasin non tolerant; in *ἵνα συμποιῶ*

σοῦπισθεν Thesm. 158, quod Brunckius pro σοῦ ὀπισθεν esse putabat, agnosce σοι ὀπισθεν et in οὐχ ἦκει μουταίρος Eccl. 913 aut μοι ἑταίρος aut fortasse rectius μοι δ' ἑταίρος. — Tum Plut. 736 Dindorfius male edidit ὡς γ' ἐμουδόμενι invitis libris; recte vulgo ὡς γ' ἐμοὶ ὄκει. Idem de suo dedit

Ran. 509. περιόψομα ἀπελθόντ', ἐπεὶ τοι καὶ κρέα

quum vulgo legatur περιόψομαι ἀπελθόντ'. Aphaeresin περιόψομαι ἄπελθόντ' ferri posse infra apparebit. Item pro

Eqq. 1373. οὐδ' ἀγορασάγενειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ

ut Dind. scripsit pro librorum lectionibus ἀγοράσει τ' ἀγενειος, ἀγοράσει δ' ἀγενειος, ἀγοράσει γ' ἀγενειος, legendum videri ἀγοράσει γένειος mox docebimus. Postremo Dind. e conjectura edidit

Pax 253 οὔτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθ' ἀτέρω

pro παραινῶ μέλιτι χρῆσθαι θάτερω, quod libri plerique pronomen σοι in Aldina omissum addant, neque articulus aptus esse videatur. Brunckius paullo probabilius scripserat σοι μέλιτι χρῆσθαι ἄτέρω; sed ne aphaeresin quidem ferri posse infra docebimus. Nobis articulus non sollicitandus esse videtur; θάτερον μέλι est mel deterius, quod opponitur bono Attico, ut saepe τὸ ἕτερον τῷ ἀγαθῷ. At librorum lectio indicio est poëtam scripsisse:

οὔτος, παραινῶ σοι μέλι χρῆσθαι θάτέρω.

Dativum μέλι apud Philoxenum dithyrambicum fr. 2, 17 et fr. 3, 17 Bergk. recte restituerunt Bergk. et Meinek. cf. Comicc. III. p. 642.

In reliquis Comicis Meinek. haec crasis illegitimae exempla edidit: primum apud Cratetem ex Athen. VI. p. 268. A (Vol. II. p. 238)

ἀλλ' ἀντίθες τοι· ἐγὼ γὰρ αὐτὰ τᾶμπαλιν

secundum cod. A, τοῦγῶ prouuntiari iubens. Quod quum, interpunctione intercedente, nulla arte fieri possit, potius per aphaeresin τοι·γῶ scribi oportet. Nec rectius apud Strattidem in Scholl. Vesp. 1337 idem Vol. II. p. 778 pro ἐγὼ δὲ τοῦπίνικος conjecit ἐγῶδ' ἀ τοῦπίνικος i. e. ἐγῶδ' ἀ τοι, Ἐπίνικος. Lege

ἐγὼ δὲ γ', οὔπίνικος ὀργισθεὶς ἔφη,

τῷ στόματι δράσω τοῦθ' ὅπερ χοὶ Λέσβιοι.

i. e. ὁ Ἐπίνικος. Postremo Platoni comico ap. Athen. XIV. p. 644. A Meinek. praeunte Dindorfio dedit:

ἄσπλαγχνος ἐνιαυτίζομα ἀπλάκοντος, ἀλιβάνωτος

h. e. ἐνιαυτίζομαι, ἀπλάκοντος, ut libri habent. Aphaeresin ἐνιαυτίζομαι, ἄπλάκοντος statui posse infra docebitur. Reliquos poëtas perlustrare aut errores ab aliis criticis et grammaticis in hoc genere commissos castigare non vacat.

De Aphaeresi.

Vulgo inter crasin et aphaeresin parum accurate distinguitur; vide modo Wolfium l. l. et Reisigium in Synt. Crit. p. 21 seqq. omnia miscentes. Buttmanus Gramm. I. p. 115. 127 adeo expressis verbis negavit unquam aphaeresin fieri, ad crasin referens, quaecumque aphaeresis exempla habita essent. Quem gravissimi erroris hoc unum satis superque convincit, quod aphae-

resis etiam post interpunctionem fit, qua crasin prorsus impediri docuimus, ut Soph. Phil. 591 λέγω· πὶ τοῦτον, Eur. Rhes. 157 ἦξω· πὶ τοῦτοις, Arist. Nub. 1354 φράσω· πειδῆ γὰρ κτλ.

Aphaeresis igitur est vocalis initialis elisio vel, ut accuratius dicamus, deminutio, qua efficitur ut neque hiatum creet neque morae vicem sustineat. Facile enim apparet, quae de elisione diximus, eadem in aphaeresin cadere. Hac voces non conjungi qua pronuntiationem syllabatim factam, docet interpunctio saepius intercedens; vocalem non sic tolli, patefaciunt exempla ut ἀποδώσω ἄντελῆ, ὀφθαλμῶ ἄκοπῆς. Quis enim pronuntiare potest ντελῆ, κοπῆς? Multo autem arctioribus finibus circumscripta est aphaeresis quam elisio. Primum enim nunquam fit post breves vocales, cujus legis causas hic exponere non licet. Deinde non quasvis breves vocales aphaeresin pati, recte intellexit Elmslejus ad Heracl. 460, qui quum docet, solum s in certis quibusdam vocibus aphaeresin admittere, in eo tantum errat, quod correpto α nusquam aphaeresin concedit; neque accuratius descripsit, quae sint illae voces aphaeresis facultate instructae. Apparet autem, eo facilius aphaeresin fieri potuisse, quo levior fuerit et tenuior vocalis initialis pronuntiatio. Et accurate inquirendo intelligitur, primum epsilon initiale, ubi a parte Graecorum prorsus abjiceretur, apud alios deminutionem illam aphaeresis tolerare, ut in augmento syllabico, in ἐκεῖνος et ἐθέλω; deinde praepositiones ἐπί, ἐξ, ἐν, ἀπό, vocalas leves et ad sequentia properantes eandem vocalis deminutionem admittere, quo accedit pronomēn ἐγώ, quod similis naturae est, et α privativum, de quo infra dicitur; postremo eandem licentiam transferri ad voces quasdam, quae cum praepositionibus ἐπί et ἐν cohaerent, ut ἐπειδῆ, ἔπειτα, ἔνδον, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐντεῦθεν. — Neque tamen omnibus eadem licent, sed licentiae gradus quidam secundum aetates et genera reperiuntur. Quaerenti vero, quid vel omnibus vel singulis quibusque licuerit, iis tantum exemplis utendum esse patet, quae non possint nulla literarum mutatione in legitima crasi formam redigi, ut ὦ ἄναξ in ὦναξ, τοῦ μοῦ in τοῦμοῦ. Librorum enim in hac re nulla auctoritas est.

Apud Homerum hodie nusquam aphaeresis indicata reperitur, neque apud Pindarum praeterquam in vocativis post ὦ ut Isthm. I. 6 ὦ πολλωνιάς, IV. 6 ὦ ἄσσα, ubi Boeckhius, quum ipse crasin fieri vellet vid. Metr. p. 290, Nott. p. 413. 470, ὦπολλωνιάς, ὦνασσα scribere debebat. At, si Aristarchus recte damnavit breviorē formam θέλειν, si recte eandem apud Pindarum Boeckhius, utrique justa aphaeresis in ἐθέλειν concedenda est, ita ut Il. α, 277 scribatur Πηλεΐδῃ ἑέλ, Ol. II. 107 λαλαγήσαι ἑέλων, P. X. 5 Ἰπποκλέα ἑέλοντες, Isthm. V. 40 θυμῷ ἑέλων. Nam crasin in his tolerari non posse docuimus. Nec negaverim fieri potuisse, ut in hac una voce Homero et Pindaro vocalis initialis ea esset, quae per aphaeresin quidem deminui posset, non autem prorsus abjici sicut apud eosdem augmentum syllabicum et ε in ἐκεῖνος. Verumenimvero res valde dubia est. Quum enim Homerus Ionicam dialectum temperaverit Aeolica et θέλω apud Alcaeam fr. 54 et Sapphonem fr. 26 B. certum sit, quumque praeterea a recentioribus rhapsodis multa illata et mutata esse constet, brevior forma θέλω contra vulgarem poëtae usum semel tradita potius notanda esse videtur quam expellenda. Neque in unico illo loco Aristarchus breviorē formam emigrare jussit. Huic enim secundum scholia Harlejana in Od. ο, 317 debetur lectio ὄ,τι ἑθέλοιεν, nec fere dubito, quin in antiquis libris invenerit ὄ,τι ἑέλοιεν, quam lectionem omnes codices Vindobonenses servarunt. Pronominis autem ὄ,τι elisio, quanquam excusari potest vid. supr., tamen etiam magis solitaria est quam esset forma brevior θέλω. — Deinde apud Pindarum, qui Doricum dialectum miscuit epica et Aeolica, Boeckhius ad Pyth. I. 62 et de Crisi Pind. § 44 reliqua quidem brevioris formae exempla facilioribus mutationibus expulit, sed Pyth. II. 69 pro ἑέλων coactus fuit ἐκόν reponere (quod scholiasten legisse parum certum est) et in loco lacunoso Nem. X. 84 Benedicti supplementum scholiorum verbis com-

mendatum et metro aptissimum *Οὐλύμπων θέλεις* [οἰκείν ἐμοί] *σύν τ' Ἀθαναίᾳ* spernere. Itaque et Homero et Pindaro, huic quidem cum Hermanno vid. ed. Heyn. nov. ad Nem. X. extr., *θέλειν* reliquerim. — Ceterum reliqui poëtae lyriici Doricae sectae cum Pindaro aphaeresin aspernati esse videntur.

Contra lyriici Aeolici et Ionici aliquoties aphaeresi in praepositione *ἐπί* usi deprehenduntur: Sapph. fr. 2, 15 *ὀλίγω πιδεύην*, Anacr. fr. 22 *ἐκ ποταμοῦ πανέρχομαι*, Archil. fr. 20 (ubi etiam de crasi cogitare licet) *καὶ δὴ πίκουρος*. In augmento, *ἐκεῖνος*, *ἐθέλω* aphaeresis spectari non potest, quia breviorum formarum usus licebat. Alia aphaeresis exempla, quae nunc leguntur, falsa sunt. Omittimus *ὦ ῥαξ* Alc. fr. 1 et similia, quae facillime in justam crasin mutantur; at gravior error est in

Sapph. 78 (66). *ἀσαροτέρας οὐδάμα πω, ῥαννα, σέθεν τύχοισα.*

ut ediderunt Schneidewinus et Bergkii auctore Hermanno, cui in *πω ῥαννα* Blomfieldius praeiverat. Libri *ἀσαροτέρα σοῦ δ' ἄμ' ἐπωρ.*, unus codex *σουδαμί πωρανα*. Verior est altera Hermanni emendatio *ἀσαροτέρας οὐδάμ' ἐπ', ὦ ῥαννα, σέθεν τύχοισα*, quam probavimus Diall. II. p. 546, quum antea *οὐδάμ' ἐτ' ὦ ῥαννα* coniecissemus. Scribe autem *ῶρανα*. — Deinde ipsi peccavimus, quum apud Sapphonem fr. 87 (77) proposuimus

ἐμφέρην ἔχοισα μόρφαν, κλείς μόνα ἡγαπάτα

(libri *κλείς ἡγαπάτα*), vulg. auctore Nevio *κλαῖς ἡγαπάτα* contra metrum ab Hephaestione accurate descriptam. Nunc suspicor *Κλέης*, ut haec sit alia forma nominis *Κλείς*, quod a *κλέος* derivo cf. *Ἄνθις* et *Ἄνθης* ab *ἄνθος*. Hoc enim teneo, male apud Suidam filiam Sapphus appellari *Κλείς* et pejore errore ejusdem matrem in epigrammate ante scholia Pindarica *Κληῖς* i. e. Clavis.

Apud Tragicos aphaeresis in *ἐκεῖνος* et *ἐθέλω* apparere non potest, quoniam promiscue brevioribus formis utuntur. Conspicitur tamen in *ἐθέλοντῆς*, deinde saepe in augmento syllabico, tam in praepositionibus *ἐπί* et *ἐξ*, semel in *ἀπό*. Exempla ex ordine videamus:

a) Frequens est augmenti aphaeresis in trimetris et anapaestis: Aesch. Sept. 608 *παγκοίνω δάμη* Pers. 592 *ἦκω τάχυνα* (ubi Dind. nunc cum Blomf. praefert v. l. *τάχυνε*) Soph. Aj. 235 *ἔσω σφάξ*, 300 *κάρα θάυξεν*, 500 *ἐξ οἴου τράφης*, 1275 *κείνω δάκεν*, Ant. 455 *ἐξ ὄτου φάνη*, Phil. 358 *ἐπεὶ δάκρυσα*, Trach. 378 *Ἰολη καλεῖτο*, 551 *μισθοῦ πόρευε*, 763 *δὴ βόησε*, Eur. El. 1128 *αὐτὴ λόχευον*. In *ἐξήσεσι ἀγγελικαῖς* Dindorfius alios secutus simillima exempla non ad aphaeresin, sed ad augmenti omissionem retulit: Aesch. Pers. 310 *νικάμενοι κύρισσον*, 490 *πλεστοὶ θάρον*; Sept. 459 *ἐξ ὑπτίου πήδησεν*, Soph. O. C. 1602 *ταχεὶ πόρευσαν*, 1608 *πεσοῦσα κλατον*, Trach. 905 *ἐρήμη, κλατε*. In iisdem enim nuntiorum narrationibus augmentum syllabicum omittitur etiam ubi aphaeresis fieri non posse videtur, de qua re post alios diligenter egit Matthiae Gramm. p. 293 seqq., recte docens, praeter illa exempla, quae ad justam aphaeresin referre liceat, augmentum syllabicum in tragicorum trimetris non omitti nisi in *ἐξήσεσι ἀγγελικαῖς*, neque hic ubivis, sed tantummodo in versuum initio et semel in medio versu post graviolem interpunctionem. Exempla haec reperiuntur: Aesch. Pers. 376 *τροποῦτο*, 416 *παίοντ'*, 458 *κυκλοῦντο*, 506 *πίπτον*, Soph. El. 715 *φορεῖθ'*, 716 *φείδοντο*, Oed. R. 1249 *γοᾶτο*, Oed. C. 1606 *κτύπησε*, 1607 *ξίγησαν*, 1624 *θάυξεν*, Trach. 904 *βρυχάτο*, 915 *φρούρονν*, Eurip. Hec. 1153 in Polymestoris regis narratione *θάκουν* (v. l. *θακοῦσ'*), Bacch. 767 *νίψαντο*, 1066 *κυκλοῦτο*, 1084 *σίγησε* et in medio versu 1134 *ἀρβύλαις γυμνοῦντο δὲ*. Unde autem hanc augmenti omittendi licentiam his finibus circumscriptam a tragicis petitam esse putemus? Epicae linguae imitationem agnoscunt. At tum nocte obscurius, cur neque augmentum temporale unquam omissum sit, neque syllabicum

nisi post graves pausas. Satis, opinor, ex ea lege apparet, vocalis *ε* omissionem cum difficultate quadam pronuntiationis conjunctam fuisse, quae nisi pausa antecedente superari non posset. Ergo vocalis non prorsus omittebatur, sed deminutionem quandam patiebatur ei similem, qua justam aphaeresin contineri diximus. Augmentum igitur syllabicum quum apud epicos et lyricos tam debile fuisset, ut ubivis pro nihilo esse posset, postea vero apud poetas Atticos vulgo justam aphaeresin toleraret, in his *ῥήσεσι ἀγγελικαῖς* medius quidam debilitatis status conspicitur. Hunc conjicio tragicos ex antiquissima Athide assumpsisse, ut narrationes *πάθους* plenas antiquo quodam colore tingerent. Recte autem Brunckius in talibus spiritus signum praefixerat ut *᾽παίοντ᾽, ᾽φρούρουν*, quo aptissime, sicut in justa aphaeresi, deminuta vocalis significatur; neque in *ῥήγησαν*, quomodo pro *ῥίγησαν* Oed. C. 1607 scribi oportet, plus offensionis est quam in Aristophanea aphaeresi *᾽κκοπής*. Multa etiam magis in iis exemplis, quae ad justam aphaeresin referri possunt, spiritu apposito opus est.

b) *᾽Εθελοντής* aphaeresin patitur Soph. Aj. 24 *κἀγὼ ᾽θελοντής*. Nam brevior forma *θελοντής* non in usu est.

c) Saepissime praepositio *ἐπί* aphaeresi afficitur, adeo post interpunctionem Soph. Phil. 591 *λέγω. ᾽πί τοῦτον*, Eur. Rhes. 157 *ἤξω ᾽πί τούτοις*, Iph. A. 719 *μέλλω ᾽πί ταύτη;* praeterea, ubi non magis crasis fieri potest, Aesch. Pers. 527, Sph. Aj. 49, El. 333, Oed. R. 215, Eur. Med. 1065, Andr. 352. 1123. 1223, El. 614, Bacch. 1358, Hel. 547. 774 842. 989, Iph. T. 471, Iph. A. 813, Cycl. 703; postremo in compositis Aesch. Ch. 161 *βέλη ᾽πιπάλλων*, Oed. R. 708 *ἔμοῦ ᾽πάκουσον*, Oed. C. 557 *θέλω ᾽περέσθαι*, Eur. Suppl. 521 *εἰ ᾽πιταξόμεσθα*, El. 72 *μόχθου πικουφίζουσαν*, 854 *κἀρα ᾽πιδείξων*, Rhes. 674 *σκηπτὸῦ ᾽πιόντος*, Iph. T. 256 *δὴ ᾽πάνελθε*, Cycl. 155 *λόγῳ ᾽παινής*.

d) Multo rarius aphaeresis fit in praepositione *ἐξ*: Aesch. Suppl. 435 *μένει ᾽Αρει ᾽κτίειν*'), Soph. Oed. R. *θανῶν εἴη ᾽ξ ἐμοῦ*, Oed. C. 254 *ἄγοι, ᾽κφυγῖν* (ut Herm. recte pro *ἐκφυγῖν*, Dind. *φυγῖν*). Aphaeresis etiam in Eur. Iph. T. 953 *κἀγὼ ᾽ξελέγξαι* et Cycl. 586 *ἐγὼ ᾽κ τοῦ Λαρδάνου* agnoscenda est, quod pronomen *ἐγὼ* crasi non coalescit nisi cum vocibus arctissime conjunctis vid. infra.

e) Praepositionis *ἀπό* aphaeresin passae unum exemplum certius legitur Eur. Suppl. 639 *μακροῦ ᾽ποπαύσω*, ubi Elmslejus ad Med. 57, vocalis *α* unquam aphaeresin fieri negans, pravam crasin *μακροῦ ἀποπαύσω* restitui jussit. Alia certiora exempla infra proferentur; in *ἦ πό* Soph. Trach. 239 facillime crasis statuitur, sicut Elmslejo auctore aphaeresis in *μὴ ᾽πολείπεσθαι* et similibus nec minus in *ἦ παγε* Iph. A. 817 expulsa est.

Aliarum vocum aphaereses tragici non admisisse videntur. Paullulum primum dubitaveris de praepositione *ἐν*, cujus aphaeresis apud Aristophanem frequens est et in duobus tragicorum locis in crasin mutari nequit. At hi ipsi loci suspectiores sunt, primum

Aesch. Prom. 740. οὐς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους,
εἶναι δόκει σοι μηδέπω ᾽ν προοιμίῳις.

*) Hoc Seidlerus de V. D. p. 12 eruit e librorum lectionibus: Med. teste Wellauero *ἄρει κτίειν*, idem teste Dindorfio cum Guelph. Rob. *δρεικτίειν*, Guelph. e collatione Schneidewini et Ald. *δρεικτίειν*, Reg. L. *ἄρει κτίειν*. Hermannus tamen, quod illa strophico versui *δίκας ἀγομέναν* parum accurate respondeant, in Annall. Vindob. Vol. C. p. 173 conjicit *μένει δορὶ τίειν*. Equidem in stropha transpositione uti malim: *ἀπὸ βρετίων δίκας | ἀγομέναν βίε*.

Si comparamus Eurip. Hec. 1195 *καί μοι τὸ σὸν μὲν ᾧδε φροίμιους ἔχει*, ubi Aldina et plerique libri invito metro *ᾧδ' ἐν φροίμιους* habent, gravissima oritur suspicio, in Aeschyleo quoque loco praepositionem insiticiam esse. Deinde in Euripid. Menal. fr. 9 (495 Wagn.) legitur

*ὧ γὰρ θεὸς δίδωσι μὴ φῦναι τέκνα,
σὺ χρὴ ἔγκαλεισθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' εἶν.*

ubi et medii usus pro activo *ἐγκαλεῖν* et constructio cum *πρὸς* offendunt. At Stobaei cod. A *τλεισθαι*, in quo latere videtur *ποιεῖσθαι*: „cui deus non dedit, ut ipse liberos gigneret, is non debet deo invito alienos adoptare“ cf. *πρὸς δαίμονα* Hom. II. ρ, 98. 104. Itaque reliqua aphaeresis exempla, quae nunc leguntur, ut *ἦ ἔν ἀγροῖς* Oed. R. 112, *ἦ ἔν ἐμοί* Aj. 1315, *μῆ ἔνδικον* Oed. R. 680, *μῆ ἔμβαινης* Oed. C. 400, *μῆ ἔμπολήσων* Ant. 1063 etc., ad crasin referri oportet, ita ut scribatur *ἦν ἀγροῖς*, *μῆνδικον* etc.

Deinde haeris in pronomine *ἐγώ*, quod apud comicos aequae aphaeresis facultatem habet, quum duo certe aphaeresis exempla apud tragicos ad crasin revocare non liceat At in primo loco

Soph. Ant. 801. *νῦν δ' ἤδη γὰρ κἀντὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι*

facillime, ut in arapaestis epicam correptionem permittentibus, restituitur *ἤδη ἐγώ*. In altero

Eur. El. 870. *φέρε', οἷα δὲ γὰρ καὶ δόμοι κεύθουσί μου,
κόμης ἀγάμματ' ἔξενέγκωμαι, φίλαι*

sanum sensum desiderari, fuerunt qui intelligerent. Fixius e conjectura Scaligeri et Canteri, quam probaverat Musgravius, edidit *δὴ ἔχω*, quae aphaeresis prorsus intolerabilis est. Ego suspicor *οἷα κῆποι καὶ δόμοι*; nam in his Euripidis fabulis paullo liberius versari licet. In reliquis locis, ubi nunc aphaeresis expressa est, crasin restitui nihil vetat. De *οἷ γὰρ*, quod adeo contra librorum auctoritatem scriptum est, supra diximus; item de *θάνα γὰρ*, *τελῶ γὰρ* et similibus, in quibus *ἐγώ* sua potestate crasin efficere potest, quo pertinet etiam *γενήσομαι γὰρ* Iph. A. 1396 a Dindorfio in *γενήσομαι γὰρ* mutatum; nec minus de *λοισθία γὰρ*, *μελέα γὰρ*. In aliis antecedens vocula crasin appetit, ut *ἦ γὰρ* Oed. R. 501. 820, *μῆ γὰρ* Phil. 910, *ἦ γὰρ* Electr. 331 etc.

Verbi *εἶναι* aphaeresin libri ter ita praebent, ut crasis non possit sine ullius literae mutatione restitui: Soph. Phil. 812 *ἐμοί ἴστι*, Aj. 1225 *μοί ἴστι* et Eur. Iph. A. 828 *μοί ἴστιν*. At ea Elmslejo auctore recte in *ἐμοῦστι*, *μοῦστι*, *μοῦστιν* mutata sunt. Multo igitur minus reliqua toleranda sunt, quae nullo labore in justae crasis formam redigi possunt, ut *μῆ ἴστι* Aj. 1400, *ποῦ ἴστι* Aj. 733, *ποῦ ἴστιν* Oed. C. 1107, *πολλή ἴστ' ἀνάγκη* El. 309, *ἦδη ἴστι* Phil. 964 etc.

Praeterea Dindorfius, qui innumera pravae aphaeresis exempla e tragicis expulit, eandem in quibusdam vocibus ab e ordinentibus reliquit, quarum pars apud comicos, pars ne apud hos quidem aphaeresin tolerat. At ea omnia nulla mutatione literarum ad crasin referri possunt neque ullo certo indicio apparet, tragicos aphaeresis licentiam in iis ipsis vocibus habuisse. Ideo non dubitamus crasin postulare pro aphaeresi in hisce: Aesch. Sept. 208 *μῆ ἔς πρῶραν*, Eur. Iph. T. 1322 *μῆ ἔνταῦθα*, Phoen. 608 *μῆ ἔνθάδ'*, Iph. T. 1313 *ἦ ἔνθάδε*, Soph. Phil. 467 *ἦ ἔγγυθεν*, Aj. 742 *μῆ ἔξω*; deinde saepe in pronomine primae personae ut *ἦ ἔμοῦ* Soph. El. 101. Oed. C. 588, *ἦ ἔμοί* Ant. 736, *μῆ ἔμοι* Cycl. 187, *ἦ ἔμοι* Alc. 769, *ἦ ἔμὲ* El. 1182. Oed. R. 1479*), *ἦ ἔμαντῶ* Aj. 1367, *μῆ ἔμαντῶ* Oed.

*) Miror quod Dindorfius Soph. Phil. 347 nunc edidit *ἄλλον ἦ μ' ἔλειν* (ol. ἦ μ') Wundero obsecutus, qui μ' a μ' pronuntiando distingui non posse opinaretur. Rectius quidem ἦ μ' scribitur.

C. 1365, ἢ ᾗ μὸς Aesch. Prom. 773 etc., postremo in ἢ ᾗ λάτην Bacch. 1061, nisi hoc jam in Oxoniensi editione Euripidis, qua non utor, mutatum est. — Literae α pravae aphaereses, quae in Scenicorum editione a. 1830 reperiuntur, ut Aesch. Sept 1076 μὴ νατραπήναι, Eum. 85. 86 μὴ δίκειν et μὴ μελεῖν, μὴ ναχαιτίσειε Eur. Bacch. 1072, μὴ μαθεῖ Heracl. 459 (in Euripidis editione a. 1825 melius secundum Elmslejum scriptum erat μὴ ἀναχαιτίσειε, μὴ ἀμαθεῖ) et similia, in novissima tragicorum recensione in μᾶνατραπήναι, μᾶδίκειν etc. mutata sunt; nam de Euripide e reliquis conjecturam facio. Quum igitur recte crasis restituta sit, perperam invitis libris μὴ-ᾱ in μᾶ juncta sunt. Unum aphaeresis exemplum intolerabile, si quod aliud, etiamnunc insuspectum mansisse valde miror:

Aesch. Sept. 858.

Θεωρίδα,

τὰν ἀστιβῆ ᾗ πόλλωνι, τὰν ἀνάλιον,
πάνδοκον εἰς ἀφανῆ τε χερσόν.

Ita scriptum est auctore Pauwio; libri ἀστιβῆ ᾗ Ἀπόλλωνι, quam crasin aequae pravam revocavit Wellauerus. Nisi fallor, poeta scripserat Παιῶνι, cujus glossema est Ἀπόλλωνι; Sophocles in fragmento Polyxenae fr. 469 Dind. Acherusii lacus litora dicit ἀπὸς ἀπαιώνας. Qua emendatione etiam sententiae consuli videtur; nam Apollo, praeterquam quatenus Paeon est, inferorum terram non magis aversatur quam reliqui dei superi.

Comicis aphaeresis primum ibidem licuit, ubi tragicis, in augmento syllabico et praepositionibus ἐπί, ἐξ, ἀπό; deinde spectatur in ἐκεῖνος, quum ipsi brevior forma κείνος non utantur; tum accedunt praepositiones ἐν et ἐς, pronomen ἐγὼ et voces nonnullae, quae cum praepositionibus ἐπί et ἐν cohaerent, ἐπειδὴ, ἔπειτα, ἐνδον, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐντεῦθεν; postremo etiam α privativum aphaeresis facultatem habere videtur.

a) Augmentum: Nub. 65 πάππου ᾗ τιθέμην, Eqq. 632 ὅτε δὴ ᾗ γνων, Vesp. 501 κλητίσαι κέλευον etc., adeo in perfecto, ubi pro reduplicatione est, Eqq. 1104 ποριῶ ᾗ σκευασμένα, cui simile exemplum apud tragicos non extat.

b) Ἐπί: Ran. 199 ἔγω πὶ κόπην, Av. 77 τρέχω πὶ ἀφύας, Lys. 110 σκυντήν ᾗ πικουρία etc., nec minus Eccl. 1148 ἦδη ᾗ πείζομαι, quanquam ἐπίγω non videtur vere compositum esse.

c) Ἐξ: Nub. 812 ἐξελώ ᾗ τῆς οἰκίας, Pax 1146 βωστροσησάτω ᾗ τοῦ χωρίου, Nub. 546 ζητῶ ᾗ ζαπαταῖν, Lys. 866 αὐτῆ ᾗ ξήλθεν, Av. 1342 τῶφθαλμῶ ᾗ κοπής, Eurpol. Mein. II. p. 558 ἀνέμου ᾗ ξαίφνης etc.

d) Ἐκεῖνος: Eqq. 1013 ἐμοῦ ᾗ κείνον, Lys. 794 ἐβδελύχθη ᾗ κείνος, Pax 547 ξιφουροῦ ᾗ κείνου etc.

e) Ἐν: Ach. 729 ἀγορὰ ᾗ ᾗ Ἀθήναις, Pax 1084 τοῦ λοιποῦ ᾗ τῷ προτανείῳ, Eqq. 1364 ἀποδώσω ᾗ ντελῆ, Pax 523 Ἡρακλέα ᾗ νεσκεύασα, Ach. 816 Ἐρμᾶ ᾗ μπόλατε etc.

f) Ἐς paullo rarius: Lys. 605 χάρει ᾗ τῆν ναῦν, Ach. 242 προῖτω ᾗ τὸ πρόσθεν ex emendatione Wolfii pro προῖθ ᾗ ᾗς, in fragmento Triphaletis ap. Athen. XII. p. 525. A (Comicc. II. p. 1164) πωλήσει ᾗ Χίον. Item Hegemo parodus ap. Athen. IX. 406. F et XV. 699. A χάρει ᾗ τὸν ἀγῶνα. Crasis facile restituitur in ἦ ᾗ Ran. 186. 187. Lys. 2.

g) Ἐγὼ: Ach. 95 et saepe μᾶ τὸν ᾗ Ἀπόλλω γὰρ μὲν οὐ, Nub. 385 ἀπὸ σαντοῦ ᾗ γὼ σε διδάξω, Ran. 495 σὺ μὲν γενοῦ ᾗ γὼ et alia, ubi crasin statui non posse apparet. Recte Ran. 971 in libris est μέντοι ᾗ γὼ, ubi Dindorfius e conjectura edidit μεντοῦγὼ. Adeo interpunctio antecedit apud Cratetem Athen. VI., 268. A ἀλλᾗ ἀντίθετος τοῦ ᾗ γὼ γὰρ, uti pro ἐγὼ scribendum esse supra indicavimus.

h) Ἐπειδή, ἐπειτα: Nub. 1354 φράσω. Ἐπειδή, Ach. 437 Εὐριπίδη, Ἐπειδήπερ, Vesp. 665 τρέπεται δὴ ἔπειτα.

i) Ἐνδον, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐντεῦθεν: Ran. 514 ἦδη ἔνδον, Pax 1269 ἀναβαλοῦ ἔνθαδ', Ran. 432 ὅπου ἔνθαδ', Pax 1305 ἦδη ἔνταῦθα, Vesp. 234 που ἔνταῦθ', Nub. 62 δὴ ἔντεῦθεν, Vesp. 941 αὕτη ἔντεθενί.

k) Ἄπό: Lys. 734 ἐὼ πολέσθαι, Ran. 509 περιόψομαι ἔλθόντ', ut supra diximus pro περιόψομαι ἀπελθόντ' restituendum esse. Compara de hac rariore aphaeresi exemplum supra alatum Eur. Suppl. 641 μακροῦ ἔποπαύσω et ex Aeolicis Balbillae epigrammatis, de quibus et ego nuper egi Diall. II. p. 578 et eodem tempore Heckerus Comin. Crit. de Anth. p. 399, Θηβαϊκῶ πὺ λίθω et ἐγὼ πὺ λίθω.

l) Alpha privativi aphaeresis rarissima bis agnoscenda esse videtur; primum apud Platonem Comicum Athen. XIV. 644 Α ἄσπλαγχος ἐνιαυτίζομαι, ἔπλάκοντος, ἀλβάνωτος, uti pro ἐνιαυτίζομαι, ἀπλάκοντος restituendum esse censemus, quum crasis nullo pacto tolerari possit; deinde apud Aristophanem Eqq. 1373, ubi libri οὐδ' ἀγοράσει τ' (δ') ἀγένειος, vulg. ἀγοράσει γ' ἀγένειος, Dind. ἀγοράσ' ἀγένειος pessime quidem monstrosa crasi ficta, sed particulis, quae hiatus vitandi causa intrusae sunt, recte damnatis, genuina lectio οὐδ' ἀγοράσει γένειος esse videtur. Neque hoc aphaeresis genus nimis mirabile est. Quam enim hujus α pondus fuerit leve, inde intelligitur, quod accedente ν saepissime totum abjicitur ut in γήνεμος, νηλεής, νώνυμος. Ceterum Aeschilo Eum. 684, ubi nunc e Canteri emendatione legitur αἰεὶ δικαστῶν (libri δ' ἐκάστων) Pauwius αἰεὶ δέκαστον ad sensum non male conjiciens illam aphaeresin non recte obtrudere videtur; nam μὴ δίκειν, μὴ μαθεῖ et similia apud tragicos ad crasin recte revocata sunt.

Aliarum vocum crases suspiciores sunt. Primum pronomen ἐμαντοῦ inter vocabula aphaeresis patientia referendum esse videtur propter haec exempla: Ran. 602 ἀλλ' ὅμως ἐγὼ παρέξω ἔμαντόν, Eqq. 113. Pax 1113 ἐγὼ ἔμαντῶ, Eqq. 182 ἀξιῶ γὼ ἔμαντόν. At in his tribus pronomen ἐγὼ cum relativo tam arcte copulatum esse videtur, ut crasis fieri possit ἐγὼ ἔμαντῶ, ἐγὼ ἔμαντόν, quemadmodum αὐτὸς αὐτοῦ apud Dorienses in unam vocem reflexivae potestatis αὐταντοῦ coaluerunt vid. Diall. II. p. 272 seqq. Jam vero confer Thesm. 217, ubi nuper Dindorfius edidit ἢ μὴ πιδιδόν' ἐμαντόν ὄφελόν ποτε (idem olim πιδιδόναι ἔμαντόν), quum in libris sit διδόναι γ' αὐτόν. Rectius scribi πιδιδόναι γαυτόν i. e. ἐγὼ αὐτόν (vel αὐτόν) docet similis crasis Nub. 901 ἀλλ' ἀνατρέψω γαυτ' ἀντιλέγων i. e. ἐγὼ αὐτά. Hinc suspicio oritur, in Ranarum loco vs. 602 corrigendum esse: ἀλλ' ὅμως [γε μὴν] παρέξω γαυτόν ἀνδρεῖον τὸ λῆμα. Facile enim fieri poterat, ut glossa adscripta ἐγὼ παρέξω ἐμαντόν genuinam lectionem turbaret.

Multo etiam minus fero aphaeresin in verbo ἔχω, cujus unum exemplum crasin respuit: Lys. 646 κάκαρηφόρον ποτ' οὐσα παῖς καλή, ἔχουσ' ἰσχάδων ὄρμαθόν (libri ἔχουσ'). Recte Bentlejus emendaverat σχοῦσ', quod nuper etiam Dindorfio arrisit. Pro μὴ ἔχη Vesp. 1121, μὴ ἔχωμεν Thesm. 492, μὴ ἔχοιμ' Eccl. 794 lege μῆχη, μῆχωμεν, μῆχοιμ'.

Sola Dindorfii conjectura nititur aphaeresis vocis ἔτερος in Lys. 736 αὕτη τέρα | ἐπὶ τήν ἄλοπον ἐξέρχεται. Libri enim αὐθ' ἠτέρα, in quo facile agnoscitur crasis αὐθ' ἠτέρα i. e. αὕτη ἔτέρα cf. θῆτέρα e τῆ ἔτέρα. Alterum ejus crasis, quae ad tertium genus referenda est, exemplum ipse Dindorfius detexit in simili loco Lys. 66

αἰδ' αὐθ' ἔτεροι χωροῦσί τινες. ἰοῦ ἰοῦ

ubi αὐτε apud comicum ferri non posse intellexerunt Dobraeus et Dindorfius, quorum ille proposuit αἰδί δ' ἔτεροι, hic χαυθάτερα i. e. καὶ αὐται ἔτεροι. Equidem malim αὐθ' ἄτερα ut in

altero loco. Quum corrupte *αὐθ'* *ἑτεραι* scriptum esset, *αἰδ'* metri explendi causa adjectum est. De Brunckiana aphaeresi *χρησθαι τέρω* Pax 253 supra diximus; pro *μὴ τέρωσε* Ach. 828 lege *μῆτέρωσε*. — Neque Eupolidi ap. Athen. IX. 368. D. (Mein. II. p. 441) vocis *ἔριφος* aphaeresis dari debebat e Jacobsii conjectura: *σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου ῥίφον* (codd. *εὐθὺ τοῦ ῥύφον*), quum insuper vox *εὐθῦτος* aliunde non cognita sit. Scribe *εὐθὺ τοῦ ῥόφον* i. e. *τοῦ ὀρόφον* et in frustulo lacero de pernis sub tecto suspendendis dici existima. Eupolis *εὐθὺ* cum genitivo junctum amasse videtur; *εὐθὺ πόλεως* legitur p. 502, *εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων* p. 550. — De *ὄκτω βολοί*, quod Meinekius bis parum recte edidit, supra dictum est.

Reliquae aliarum vocum aphaereses, quae ex ingenti numero a Dindorfio et Meinekio apud comicos relictæ sunt, omnes nullo labore in legitimas crases mutari licet et ob id ipsum oportet. Eo pertinent aphaereses verbi *εἶναι*, ut Ach. 171 *διοσημία ἴστιν*, Av. 959 *εὐφημία ἴτω*, Pax. 373 *ἀνάγκη ἴτι*, Vesp. 1165 *αὐτοῦ ἴστιν*, Tagenist. II. p. 1147 Mein. *κρείττω ἴστιν* etc., deinde Eqq. 1106 *μὴ ἴθιε*, Ran. 7 *μὴ ῥεῖς*, Pax 167 *μὴ ἴθοι* Vesp. 1167 *μὴ ῥρήσετε*, Ran. 18 *ἦ ἴαντώ* et si qua sunt alia.

Restat ut verbo indicemus, quid de iis iudicandum sit, quae secundum regulas propositas et crasin et aphaeresin permittere videntur. Res satis in aperto est. Neminem hodie latet, *ὀπιχώριοι* et *καπιχώριοι* scribendum esse, non *οἱ πιχώριοι* et *καὶ πιχώριοι*, quanquam *ἐπιχώριος* aphaeresis facultatem habeat. Consentaneum igitur est, etiam reliquas vuculas crasis aequè appetentes hanc aphaeresi praeferre, et recte G. Dindorfius Oed. C. 752. 1517 edidit *τοῦπιόντος* et *τῶπιόντι*, quum olim *τοῦ πιόντος* et *τῶ πιόντι* scriptum esset, sed multa alia ejusdem generis intacta reliquit. Accedit aliud argumentum e scriptoribus orationis pedestris, Platone, Isocrate, Demosthene petitum. Qui quum nunquam justa aphaeresi usi esse videantur, quae in crasin mutari nequeat (solas collectiones G. Dindorfii Praef. ad Demosth. p. IV. et Lobeckii ad Phrynichum p. 7. 8 inspicere licuit), apparet, et apud ipsos rectius scribi *ἡκείνων*, *ἡκείνοι*, *μῆκείνος* (etiam L. Dindorfio iudice in Thes. Paris. III. p. 408) quam *ἡ κείνων*, *ἡ κείνοι*, *μῆ κείνος* et in poëtis temere aliter agi. Et satis, nisi fallor, ex iis, quae de aphaeresis historia disputavimus, elucet ut crasin elisione, ita aphaeresin crasi paullo violentiorem esse. Itaque hanc legem statuimus, ut crasis aphaeresi praeferatur, ubicunque utraque fieri posse videatur. Ex hac vero lege etiam in Dindorfii novissimis sceniorum recensioibus, quae reliquis in eo genere multo purgatiores sunt, haud pauca mutari oportet. Pauca exempla e Sophocle potissimum apponemus, unde de reliquis facile iudicabitur. Aphaeresis igitur in crasin mutanda est:

a) post articulum: Ant. 389 *ἦ πίνοια*, Phil. 344 *ἦ πικτησις*, Ant. 558 *ἦ ἕαμαρτία*, 384 *ἦ ἕιργασμένη*, scr. *ἦπίνοια* etc.

b) post relativum: Oed. R. 1504 *ὦ φντεύσαμεν*, Aj. 1337 *ἔξ οὐ κράτῆσα*, Eur. Andr. 52 *οὐ κτίνει*, scr. *ὠφντεύσαμεν* etc.

c) post *μῆ*: Aj. 962 *μῆ φρόνονν*, 1067 *μῆ δονήθημεν*, Oed. R. 1462. Ant. 1061 *μῆ πι*, Oed. R. 875 *μῆ πικαιρα*, Ant. 280 *μῆ φερεθῆς*, Aj. 278 *μῆ κ θεοῦ*, El. 398 *μῆ ἕ ἀβουλίαις*, El. 935. *μῆ κλιπεῖν*, Aj. 596 *μῆ ἕταζε*, scr. *μῆφρόνονν*, *μῆπι*, *μῆκλιπεῖν* etc.

d) post *ἦ*: Aj. 751 *ἦ φάνην*, Ant. 317 *ἦ πι*, Ant. 40 *ἦ φάπτουσα*, Oed. R. 1162 *ἦ ἕ ἄλλου* 360 *ἦ κπειρῶ*, scr. *ἦφάνην*, *ἦπι*, *ἦἕ* etc.

e) post *ἦ*: Phil. 369 *ἦ τολμήσατε*, scr. *ἦτολμήσατε*.

f) post *ἐγώ*: Oed. C. 454 *ἐγώ φάνην*, Ant. 557 *ἐγώ δόκουνν*, 904 *ἐγώ τίμησα*, Aj. 288 *ἐγώ πιπλήσω*, scr. *ἐγῶφάνην*, *ἐγῶπιπλήσω* etc. At ctasis in solis primis verborum personis locum

habet; nam cum aliis vocibus sequentibus *ἐγώ* nunquam sua vi coalescere videtur. In *ἐγὼ οὐ* negatio crasin efficit; in *ἄντ' ἄντ'* Nub. 901 i. e. *ἐγὼ αὐτά* nec minus in *ἔα αὐτόν*, *ἔα αὐτό* pronomen encliticum crasi favet; *ἐγὼμαντόν* et *ἐγαυτόν* ad tertium crasis genus referenda esse indicavimus. Retinemus igitur aphaeresin in Iph. T. 953 *καὶ γὰρ ἔτελέξαί*, Eqq. 420 *καὶ γὰρ ἔν τισσούτῳ* et similibus.

g) Idem pronomen *ἐγώ* suo verbo postpositum apud tragicos. qui ejus aphaeresin ignorant, crasi copulandum esse ut *θανώγῳ*, *γενησομάγῳ* supra docuimus. Jam patet pariter apud comicos pro *ἔχω ἔγῳ* Ran. 28, *αἰρήσω ἔγῳ* Eqq. 829, *ἄχθομαι ἔγῳ* Ach. 62, *δύναμαι ἔγῳ* Lys. 758 rectius scribi *ἐχῶγῳ*, *αἰρησῶγῳ*, *ἀχθομάγῳ*, *δυναμάγῳ*. — Ceterum si quis in parte exemplorum, quae ad crasin pertinere docuimus, contractionem ori permittere malit ut *μὴ ἀδικεῖν*, non *μῆδικεῖν*, haud adeo repugnamus.

Habes, quae nunc disputare licet. Haud pauca, sicut praefati sumus, aut integra praetermisimus aut leviter attigimus, ut difficillimam quaestionem de accentus ratione in crasi et aphaeresi. Confidimus autem, secundum ea, quae de utriusque natura disputavimus, etiam de reliquis certius judicari posse.

Corollarium

Emendationum Babrianarum *).

Βαλερίου Βαβρίου. — Prooem. v. 10. Βράγχε, πόντιος ἰχθύς νηίτη. — 17. Θέλης. — 18. σῶ νῶ τε (σῶ Saupprius). — 19. Θηλύνας. Fab. 1. v. 3. φηγῆς cum codice et δρυμός. — 5. 6. μάχεσθαι μὴ δ' ἐπελπίσαι νίκη. | ἀνθ. αὐτῶ· Μείνον, εἶπε, μὴ σπεῦδε. — 8. ποιητέον. Fab. 2. v. 3. τῆδ' ἔκλεψ' εἰς. Fab. 3. v. 2. κράζων et dele versum sequentem. Fab. 5. v. 3. ἐκρύπτει' ἐς vel ἐκρύβει' ἐς cf. ἐκρύβοντο 108, 27, ubi fabula Bodlejana ἐκρύπτοντο, (paraphrases ἐκρύβη), nisi forte rectius ἐκπτι' ἐς. — 11. σε πλεῖον. Fab. 6. v. 8. ἐκκύει. — 13. κάσπαίρων. Fab. 7. v. 7. ἐνοχλήσεις; Fab. 9. v. 12. ὅταν καμῶν. — 13. τότε κερτ. Fab. 11 v 5 βλαβόντος. Fab. 23. v. 11. ἐμφορομένης. Fab. 24. v. 3. λιμνίους. Fab. 28 v 10. ποσούτητα. Fab. 29. v. 2. 3 πᾶσαν ἐσπέρην· Οἴμοι | τάλας, στενάξας cf. Rochef. fab. 19 ὁ δὲ στενάξων εἶπεν· Οἴμοι ἐγώ. Fab. 30. v. 7. ἐνθεν. Fab. 31. v. 12. τις μάχην. — 13. τότε στρ. Fab. 48. v. 6. μ' ἐπὶ λίπα σμήσης. Fab. 50. v. 18. φεύξη, φ. με σώσας-ἀποκτείνας. — 21 ἐπιτορκῶν προσδοκᾶ, δ. φεύγει. Fab. 52. v. 7. αὐτὸς ὡς ὑπερκάμων. Nominativus participii inde excusationem habet, quod antecedentium haec sententia est: pravus homo solet lamentari. Fab. 53. v. 4. νῆ τόν Πάνα, φησὶ. Fab. 54. v. 3. ἀρνὸς ἦπαρ ἀπλώσας. Fab. 57. v. 4. Dele virgulam in fine versus. — 11. καὶ περιόντας. Fab. 63. v. 7. ἀγαθῶν et οὐδ' ἂν ἐν. — 8. οὔτινι. Fab. 69. v. 1. δασυπόδην. Fab. 70. v. 7. ἐφ' ὕβρις ἔλθοι προσηλοῦσα τὸν δῆμον. Apud Hesychium et Stob. Flor. 43, 28 vox in προηγλεῖν corrupta est. Fab. 74 v. 14. φασί που, τελευταῖος cf. fab. August. CIV, ubi τὸ τελευταῖον. In vs 9 emendationem ἐθῶν Dübnerus mihi praecepit sicut alias. Fab. 75. v. 2. μὴ τι δέδιθι· σωθήσῃ. — 7. τῶκρον i. e. τὸ ἄκρον, ut in codice scriptum fuerat, ad summum, quo sensu ἄκρον legitur in loco e Plat. Theaet. p. 36 (?) a Schneidero Lex. allato, cf. Cicer. Mil. 9. „respondit illum biduo, ad summum quatrinduo periturum.“ Fab. 76. v. 10. ἰππείην. Fab. 81. v. 1. κερδοῖ πιδήκος (cum Huschkio) εἶπεν. — 3. κερδῶ πιδήκῳ φησὶν. Fab. 82. v. 5. Θηρίων δυναστεύων cf. 98. 5 et 102, 4 Apud Diodorum 20, 27 pro δυναστεύων olim legebatur βασιλεύων. Fab. 84. v. 3. κάσαινω cf. Hesyeh. s. ἀσαιίνων. Fab. 88. v. 15. μισθῶ μὲν ἀμητῆρας ἀδριον πείσειν, | μισθῶ δὲ πείσειν δραγματηφόρους εἶπεν, | ἔλεγε κορ. Fab. 89. v. 4. οὐ σύ μέ τι interrogative. — 5. ἔγωγε πέρυσιν, ὅς γ' item cum interrogatione et deinde οὔκουν cum Boissonadio. Fab. 91. v. 5. λέοντα δειμαίνων ἀνέξομαι cf. Aug. 214. Flor. 181 φοβούμενος ἀνέχομαι. Fab. 94. v. 7. τὴν ἰατρειὴν κεφαλὴν. Adjectivum ἰατρειος alibi non legitur. Fab. 95. v. 12. ἐσκυσε cf. Dübner. — 61. κᾶν. Fab. 100. v. 4. τῶκύπτερόν σου μὴ μεθ. Fab. 107. v. 6. 7. ἐπιφανῶσαι χειλῶν ἄν. ἐσσην, ἀλλά. — 10. κᾶτα. — 11. κάσφαλῶς. — 15. τοῦ τό cum Saupprio, sed trahe ad μισθόν. — 18. μηδ' ὅτων. Prooem. alt. v. 5. Λιβυστίγος cum Dübnero. — 6. λόγους Κιβύσσης. Fabula-

*) Usus sum praeter Knochii librum editione Turicensi et Dübneri Animadversionibus Criticis; editiones Parisinas ipse non vidi necdum Schneidewini mei recensionem in Ephemm. Gott. Neque fabularum Aesopicarum collectiones praesto fuerunt praeter Schaeferianam a. 1820 et Schneiderianam a. 1812.

rum Libycarum auctorem Theo I. p. 173 Walz. nominat *Κιβυσσός ἐκ Λιβύης*, Diogenianus p. 180 *Κύβισσας* (v. l. *Κύβισσας*), Chamaeleon apud Hesych. s. v. *Λιβυκός* eundem *Κίβυντόν* (ita codex). Fab. 108. v. 16. *πήρη*. Fab. 110. v. 4. *σὺ βαρδύνεις*. Fab. 111. v. 12. *κᾶτα πάλιν ὄλους*. — 14. *κάπηλον ἐπινοεῖ τέχνην. σπόγγος*. cf. *κάπηλα τεχνήματα* Aeschyl. fr. 328. — 17. *πανοῦργος*. Fab. 112. v. 7. *δυνατός· ἔσθ' ὄπον*. Fab. 114. v. 2. 3. *λάμπει | κρεῖσσον, ἐν ἅπασιν* cf. fab. Nev. 240 *ἐκαυχᾶτο, ὡς ὑπὲρ ἡλίον πλέον λάμπει*. Fab. 115. v. 12. *χῆτις ἦ*. Fab. 116. v. 10. *ἀμυχανῶν τε*. Fab. 119. v. 7. *ἔσσι καὶ φίλοισιν* cf. 76, 7.

Memoratu dignum est, quas leges Babrius sibi scripserit in ultimo choliamborum pede. Primum raro in extremo versu admittit syllabas non natura longas. In longissima fabula nonagesima quinta, quae centum duo versus continet, semel vs 101 contra regulam peccatum est. Sed de hac lege nunc omitto accuratius quaerere. Altera vero, quae rarissime violatur, haec est, ut penultima versus syllaba accentum habeat. Inter editionis Turicensis versus 1523 viginti septem regulae adversantur. At eorum quatuor accentum illegitimum conjecturis debent: Fab. 12, 1 *ἐξεπτωτήθη μακράν*, ubi omnes fontes *μακράν ἐξεπτωτήθη*. quod e Knochii conjectura in *μακρὸν ἐξ.* mutandum esse intellexerunt Baierus et Dübnerus; Fab. 75. 2 *σωθήση γάρ* (cod. om. *γάρ*); Fab. 76, 10 *ἰππευσιν* (cod. *ἰππεῦσιν*); Fab. 82, 5 *θηρῶν* (cod. *θηρίων*). His tribus locis supra aliam medelam adhibuimus, nec minus quinto loco Fab. 94, 7, ubi *ιατρείων* e Suida receptum erat, a Dübnero recte propter pluralem numerum repudiatum (cod. *ιατρείων*). In sexto loco Fab. 79, 8 pro *ἀνήλωται* Georgidae Gnomologium praebet *ἀναλοῦται* (cum v. l. *ἀναχοῦται*), quod etiam sententiae melius convenit. In septimo Proem. alt. 4 pro vitioso *Λίβυς, τινός* (Tur. *Λίβυς θινός*) rectissime Boissonadius auctore Dübnero restituerat *Λιβυστίνος*, nec minus recte idem in octavo Fab. 31, 13 *τοιχῶν* pro *τειχῶν*. In nono Fab. 12, 26 Dübnerus *ὄφθῆ* mutavit in *ᾠφθῆ*, vicinis quoque bene correctis, nisi quod fortasse facilius suppletur *εὐθενῶν* [*ὕφ' ᾠν*] *ᾠφθῆ*. Postremo in decimo Fab. 50, 19 sententia suadente supra pro *ἀπέκτεινας* proposuimus *ἀποκτείνας*.

Restant accentus illegitimi exempla septendecim. Quorum undecim continentur pronomibus *ἡμεῖς* et *ὅμοις*: Fab. 9, 9. 25, 10. 26, 11. 27, 8. 33, 11. 47, 11. 58, 9. 90, 4. 98, 7. 113, 4. 119, 8. Rei satis mirae non intelligo aliam causam, quam quod poeta circumflexum in ultima versus syllaba non prorsus damnaverit. Neque eundem in Fab. 65, 1 ubi *ταῶ*, ulla arte removeris. Contra dubito an quinque exempla reliqua non a Babrio profecta sint. Duo enim sunt in epimythiis: Fab. 4, 8 *κίνδυνον* (quanquam hic facile corrigitur *ἐκφυγόντα κινδύνων*) et Fab. 10, 14 *πηρός*. Tertium Fab. 12, 17 *μήνυσον* pertinet ad locum de interpolatione suspectum. Quartum Fab. 19, 2 *κερδά* transponendo tolli potest: *ποικίλη πλήρεις | ἰδοῦσα κερδά*. Postremo in quinto Fab. 73, 1 *κλαγγήν* fortasse genuini *γῆρον* glossa existimanda est. — Ceterum apparet in hac lege Babriana politicae, quam dicunt, poësis, initia spectari.

Addimus quod illa lege detecta jam apparet, choliambicum fragmentum anonymum apud Apollon. Lex. s. v. *ἄειδε* (Knoch. fr. 1), cuius versus desinunt in *Λίσωπος-Λελοφοί-ἰδέξαντο*, a Tyrwhitto non recte Babrio vindicatum esse. Equidem ad Callimachum retulerim, quem Babrio in fabulis exponendis viam demonstrasse (fr. 87. 93) indicavit Levisius.

Caesura vulgo est penthemimeres, rarius hephthemimeres; utramque poëta nunquam neglexit. Supra correxi Fab. 100, 4 et 119, 7, qui versus conjecturis in pravos numeros redacti erant, atque Fab. 111, 14. In Fab. 115, 84 sententia suadente scribe *σοί* et 53, 8 *πάλιν ἐμοί*. In epimythio non Babriano Fab. 72, 24 rhythmum vitium relinquo.



I 550g

Corrigenda et Addenda.

Pag. 4 l. 1 leg. *vooulis*. Ibid. l. 10 infr. adde Aesch. Ch. 217 *σύνουδ' ὄρεστην πολλά σ' ἐπαγλουμένη*, quod Schützius et Bothius recte scripsisse (Med. *ἐπαγλουμένης*, vulgo cum Rob. Turn. Vict. *ἐπαγλουμένην*) evincit versus antecedens *καὶ τίνα σύνουσά μοι καλουμένη βροτῶν*; Pag. 6 l. 10 leg. *χρεῖη* pro *χείη*. Pag. 7 l. 7 add. *μούστιν* Aesch. Ch. 122. Pag. 8 in. adde e Platone Comico II. p. 686. *ἀρ', ὡς ἔουκε, δις γένοιτ' ἂν παῖς γέρον.*, quibus verbis Hermannus in Scholl. Arist. Nub. 1421 interrogationis signum addiderat. Pag. 9 l. ult. leg. *ἦδ'* pro *ἦδ'*. Pag. 10 l. 18 leg. *ἔθρηψ'*. Ibid. l. 23. In codice Florentino *οὐκ ἂν γ'* legi Franzius me certiore fecit. Pag. 14 l. 4 leg. *ἀεῦ* Pag. 22 l. 4 extr. leg. *Doricām*. Pag. 23 l. 17. 18 leg. *Κλέης* et *Κλαῖς*. Ibid. l. 6 extr. adde: *θέτο* Aesch. Ch. 738 in oratione nutricis, ubi legendum *θέτο σκυθρωπὸν ὀμμάτων, ἐντός γέλων κεύθουσα* (pro *ἐντός ὀμμάτων*) cf. vs. 100, Pag. 24 l. 11 leg. multo.

Typis Hoffmannianis Stolbergae Hercynicae.

